

fundendo. per oris confessionem rubo-  
 rem sustinendo. per satisfactōnem ope-  
 ray virtuosa exercendo. ⁊ de cetero a si-  
 milibus malis cauendo. Qui autem sic  
 se punit veniam suorum scelerum a do-  
 mino sequetur. De tali penitente di-  
 cit beatus augustinus. Quid est homo  
 penitens nisi homo iratus sibi. qui ut a  
 deo accipiat veniam suo iudicio de se-  
 ipso exigit penam. hec augustinus. Non  
 solum autem talis penitens peccatorū  
 veniam. imo etiam gratiam in presen-  
 ti ⁊ si perseueraverit gloriam in futuro.  
 a christo domino obtinebit. sed ⁊ sta-  
 tum pristinum religiosorum monachorum  
 propter mala ⁊ peruersa opera perditum  
 per huiusmodi penitentiam se domino  
 cooperante reformabit. Sic igitur ha-  
 temus de statu incipientium qui ut su-  
 pra dictum est persistit in vera penitentia  
 ⁊ eius partibus. videlicet contritōne  
 confessione. ⁊ satisfactione. ⁊ quibus-  
 dam circumstantiis rangentibus eius-  
 dem penitentiae partes. De quibus om-  
 nibus prout dominus donauit tractan-  
 do hanc materiam dicta quedam ⁊ au-  
 toritates sanctorum patrum in vnum  
 collegi ut conditio siue status incipi-  
 entium siue penitentium aliquantulum ista  
 legentibus pateat.

Explicit liber primus  
 Valogranati.

Incipit secundus liber qui tractat  
 de statu proficientium.

Distinctio I. Filius

**A**cepta infor-  
 matione a te pater ⁊ doctri-  
 na salubri de statu peniten-  
 tium seu incipientium. nūc instrui de-  
 sidero de statu proficientium. ⁊ primo in  
 quo persistit status proficientium de hoc p-  
 te cupio edoceri.

Capitulum I. Pater. I

**L**ire de-  
 bes quod status pro-  
 ficientium prout su-  
 pra dictum est in  
 tribus persistit. vi-  
 delicet in pecca-  
 torum siue vitiorum  
 detestatio. in virtutum operatio. ⁊ in  
 temptationum perpassio. Postquam igitur  
 peccator post multa flagicia ⁊ crimi-  
 na est ad deum conuersus per penitentiam  
 ⁊ in eadem studet domino cooperante  
 cum omni sollicitudine perseverare.  
 hic talis statum incipientium est egres-  
 sus. **U** Sed necesse est ut quilibet  
 penitens seu deo seruans incipiens p-  
 acta penitentia. vel adhuc in actu peni-  
 tentie existens peccata perpetrata aut  
 quecumque alia scelera nondum comis-  
 sa ex totis viribus ⁊ cum summa dili-  
 gentia vitare teneat omne peccatum mor-  
 tale detestando si desiderat statum pro-  
 ficientium ingredi. qui ut dictum est  
 primo persistit in vitiorum detestatione.

Filius.

**Q**uid est peccatum quod primo  
 detestari seu vitare debent pro-  
 ficientes.

Ca. II. Pater. X

**P**eccatum a dō

crozibz diuersis modis diffi-  
nitur. Primo a beato augu. sic. Pecca-  
tum est voluntas retinendi vel p̄. quen-  
di qd̄ iusticia vetat. Item sic ab eodez  
Peccatum est dictum factum vel p̄cup-  
pitem contra legem dei. Tercio a bea-  
to ambro. sic. Peccatum ē p̄uaticatio  
legis diuine ⁊ celestium inobedientia  
mandatorz. Item de eodem a beato au-  
gustino. sic d̄. Peccatus est sp̄tuo in  
commutabili bono. mutabilibz rebz  
adherere. In qua vltima diffinitione be-  
ati augustini notādū q̄ in peccato duo  
sunt. s. auersio a creatore. ⁊ p̄uersio ad  
creaturam. qd̄ potest esse peccatū mor-  
tale ⁊ nonnunq̄ etiam veniale. **A**  
Veniale ē qm̄ quis in creatura delecta-  
tur plus debito sed tamen circa deum.  
Quandoq̄ etiam potest quis delectari  
in creatura sine omni peccato. vt cū  
delectatio naturalis est tm̄ fm̄ q̄ visus  
delectat in viridi. gustus in dulcedine  
⁊c. Interdum etiam potest quis delectari  
in creatura meritozic quando. s.  
ad deum refert. Unde psalmista. De-  
lectasti me dñe in factura tua. Sed  
cum creatura diligis vltra creatorem  
tūc mortaliter peccat. qm̄ peccatū mor-  
tale est auersio totalis ab incommu-  
tabili bono ⁊ p̄uersio totalis ad bonū  
p̄mutabile. **B** Peccatū aut̄ mor-  
tale ab oibz est vitandū ⁊ detestandū.  
q̄ multa mala infert peccantibz. Pri-  
mo obligat hōiem ad duo videlicet ad  
culpā ⁊ ad penam eternam. De hoc ri-  
char. de sancto victore p̄pter pctm̄ ob-  
ligatur homo ad duo ad culpam ⁊ ad  
penam. In vno obligat vinculo cap-  
tuitatis. in altero vero debito damna-  
tionis. cum enim homo in aliquod pec-  
catum graue ceciderit. iam non est in  
eius potestate. vt per semetipsum resur-

gere possit. per semetipsum potest a do-  
mino recedere sed per semetipsum nō  
potest ad dominū redire. **E** Hinc  
est q̄ obligatio culpe d̄ mors anime.  
q̄ sicut per mortē exteriorē restringi-  
tur per opera que sunt ad vitam istam  
sic aīa p̄ obligationē culpe mortificat̄  
ad opa que sunt ad vitam eternā. **H**ec  
richardus. Omnia namq̄ opa quan-  
tumcūq̄ bona p̄desse non possunt nec  
sunt meritoria ad vitam. nisi prius a  
peccatis abstineat. Teste beato augu.  
qui d̄. sicut omnia medicamenta non  
valent ad sanandū vulnus q̄ diu ferep̄  
fuerit infixum nisi ferrū extrahat. ita  
omnia beneficia non p̄derunt tibi nisi  
peccatum relinquat. Nihil em̄ p̄desit  
ieiunare ⁊ orare ⁊ alia religionis opa  
facere. nisi mens ab iniquitate reuocet̄  
tur. hec augu. Ipsa etiā peccata sicut  
tra seu amor terrenoz hōiem tenebro-  
sum reddūt. affectum sp̄ritualē a mē-  
te repellunt. ⁊ delectationem celestium  
bonoz in corde extinguunt. De hoc be-  
atus aug. sic d̄. Peccatum est tenebra.  
quo intellectus obrundit. ⁊ totus hō-  
mo interior obtenebrat. Unde necesse  
est vt tanto sollicitius mentales oculi  
a peccati tenebris per p̄punctionis lac-  
rimas p̄tinue expurgent. quanto am-  
plius p̄ has p̄templationis radios ob-  
nubilat. **H**ec aug. ⁊ ansel. quasi quer-  
rulādo de hoc d̄. Affectus carnalis in-  
fatuat in me saporem sp̄ritualium. in-  
tentio inferior incurruuit animā me-  
am ab intuitu supnoz. amor terrestriū  
extrinxit in me delectationem celestium  
vsu vitiorum euauit in me sensus ve-  
rorum bonozum. **H**ec anselmus. Tō-  
solum autem peccatores propter sua  
mala his bonis sp̄ritualibus ⁊ eter-  
nis priuantur verum etiam filij diabo-  
li efficiuntur. Teste domino. Qui per  
uersis iudeis dicit. vos ex patre diabo

lo estis. Et statim subiungit causam quare dicens. Et desideria patris vestri vultis facere. Desiderium enim mali ligni spiritus est. ut mortaliter peccando a deo recedamus et eius membra siue filii efficiamur. quod totiens quisque ex dyabolo nascitur siue venerat vel adoratur eius quoriam mortaliter peccat. Hoc affirmat beatus Iheronimus sic dicens. Totiens ex dyabolo nascimur. quoriam mortaliter peccamus. Item dicit. Totiens dyabolo genu flectimus quoriam peccamus. **¶** Et notandum quod omnis qui iuste et religiose vivit est equus dei in quo sedet. quem regit et ad se perducit. Sic omnis perversus et vitiosus est equus dyaboli cui presidet. quem etiam ad perditionem ducit. De quo dicit beatus Gregorius. super cantica. exponens illud Equitatus meo in curribus pharaonis assimilavi te amica mea. id est dum tu esses in curribus pharaonis. dum adhuc operibus demoniacis deservires predestinatio ego te equitatus meo assimilavi. Omnes enim qui luxurie. avaricie. superbie. invidie et fallacie deserviunt adhuc sub curru pharaonis sunt. id est sub regimine dyaboli. Omnis vero qui in humilitate. in castitate. in doctrina et in caritate servet. iam equus effectus est creatoris sui. iam in curru dei positus est. iam sessorum habet deum. Unde cuiusdam cui presidebat dominus dicit. Dum est tibi contra sui mulum calcitrare Calcitrare non potes. iam tibi ego presideo. hinc Gregorius. Et sicut anime virtuose propter vite sanctimoniam sunt habitatio sine locus dei in quibus libenter pausat sic corda peccantium et male viventium sunt locus dyaboli in quibus requiescit. Quod probat beatus Gregorius super ezechiel. tractans illud verbum. benedicta gloria domini de loco suo sic dicit. Ibi inhabitat deus ubi vera pax queritur et inter-

ne contemplationis gloria amat. Nam qui ad perversitatem desunt locus dei esse contemnant. Locus glorie dei est vel sancta queque anima vel unusquisque in celestibus permanens angelicus spiritus. et gloria domini de loco suo benedictum cum vel ab electis hominibus vel a sanctis angelis auctori omnium laus eterna cantatur. Locus autem maligni spiritus sunt corda peccantium. sed cum sibi metipsis irati per penitentiam redeunt ad vitam glorie domini locus sunt. iam enim contra se erigunt. iam penitentia lacrimis insequuntur mala que commiserunt. Unde corda penitentium sunt iam domino locus suus. qui prius in peccatis posita fuerant locus alienus. Ipsi autem qui a peccatis ad dominum convertuntur non solum delectantur lacrimis sperveris que fecerunt. sed etiam miris operibus ad alta perficiunt. ut habitaculum omnipotentis dei fiant. hinc Gregorius. De hoc etiam hugo de sancto victore dicit. In illis mentibus dyabolus pulsatur que intus a calore divini amoris frigiditate. foras autem in fluxa carnalium voluptatum delectatione gaudent. et que proinde amaritudo securura est non pervident. hinc hugo. Et notandum quod antiquus hostis dyabolus etiam bonorum mentes nonnunquam ingreditur illicita suggerendo et diversis temptationibus fatigando. sed in eorum cordibus morari non permittit. quod immundis cogitationibus in istorum animus viriliter reluctatur. In reproborum vero cordibus malignus spiritus ingreditur et moratur. quod pravas cogitationes quas ille suggerit libenter suscipiunt. et sic tales ad sensum peccati ac etiam ad opus perversum pertrahuntur. et ideo propter hoc in eorum cordibus dyabolus ingreditur dominatur. Hoc tangit beatus Gregorius. xxviij. moralium. exponens illud dictum. Ingredietur bestia latibulum suum. et in antro suo morabitur.

fic dicens. Quis alius noie bestie nisi hostis antiquus accipit. S; notandū magnope est q̄ hęc bestia non soluz antrum suū ingredi sed in eo morari perhibet. Aliquando em̄ etiam bonoz mētes ingredi. illicita suggerit. rempationib; fatigat. rectitudinem spūs ad delectationem carnis deflectere conatur. delectationē quoq; ad p̄sensum p̄ducere nitit. sed tñ resistente superno adiutorio p̄ualere prohibet. Aliqñ ergo intrare mentes bonoz potest. s; in eis morari nō potest. q; cor iusti huius bestie antrum non est. Quos em̄ quasi p̄rium antrū possidet. eoz mentes p̄culdubio immozans tenet. q; in eis cogitationes ad iniqua desideria ⁊ desideria vsq; ad nequissima opera p̄ducit neq; em̄ student reprobi suggestiones eius. recta iudicij manu repellere. cuius voluptatib; appetunt subita delectatione seruire. cumq; in eoz cordib; prauū quid orit. mox p̄studium delectationis nutrit. ⁊ cū sibi minime resistitur. p̄tinus ad p̄sensum roborat. statimq; p̄sensus ad opus ducitur. opus v̄o p̄suetudine grauat. Recte ergo in anthro morari suo hęc bestia d; que raz diu cogitationes reproboz nutrit. quo vsq; eoz vitam etiam aculeo prauo operis p̄fozet. vnde bene ad iudeam perphoram dñs d; . Quousq; morabunt in te cogitationes noxie. neq; em̄ reprehendit. cur veniant. sed cur morantur. Et in bonoz cordib; cogitationes illicitē veniunt sed tamen morari. phibentur q; recte quicq; ne captiuandam domum p̄scientie p̄beāt. ab ip̄o cordis limine hostem fugant. q; ⁊ si quando repentinis suggestiōib; vsq; ad primū vestibulum surrepit. ad p̄sensum tamē ianuaz nō p̄tingit. hęc greg. Sūt etiā ⁊ alia p̄pter q̄ mortalia pctā sunt vitāda videlicet p̄pter correptionē p̄op

ter reprobationem. ⁊ p̄pter eternam damnationē. Solet namq; dominus p̄pter peccata admissa etiam suos electos in hac vita multipliciter punire eis multas tribulationes immittendo vt per hoc purgent a suis delictis. Itē nōnullos d̄s omnipotens p̄pter suas prauitates. q; ab his cessare nolūt solet dare in reprobū sensum. ac in obstinationez cordis irrenocabiliter trahere. Item multi p̄pter puerfam vitā quam ducūt ⁊ carnalia delectamenta que cito p̄transcunt eterna tormenta ⁊ damnationem incurrunt. que fines habere possunt. Ista tangit richard. de sancto victore sic dicens. Quis enim est tā effrenatus. qui non studeat p̄cupiscentias malas refrenare si diligenter attendat memoriterq; retineat q; soleat dominus in quibusdā electis suis malas delectationes in hac vita septuplum punire. Et quisquis non periciter insistere. quis v̄e non festinet prauum v̄sum carnis citius corrigere. cuius audiat quosdam in hac vita in reprobū sensum dari. ⁊ in mentis obstinationem obligationēq; peccati irremediabiliter tradi. Quis etiam tā infensate tā obstinate mentis homo v̄spiciā poterit inueniri. q̄ nō expauescat ⁊ omnino abhorreat transitoria carnis oblectamenta tormentis eternis mercari. si diligenter inspiciat. indefinēterq; attendat q̄ sint modica seu etiā momentanea illa oīa carnis delectamenta que p̄transcūt ⁊ sint imania q̄ v̄e atrocitas illa tormenta eterna. q̄ finē non habent. nec habere p̄nt. hęc richard. Ecce ad quanta mala p̄ducunt pctā mortalia. priuant quippe hominem p̄fortio filioz dei. efficiunt eum filium diaboli ⁊ habitaculus spiritus maligni ⁊ ad extremum tradunt eum eternis p̄niis

inferni. Quanta stulticia et miseria est propter voluptates carnis et terrena desideria, perpetua gaudia perdere ac eterna tormenta incurere. De hoc richardus de sancto victore sic dicit. Quis digne apprehendat, quis explicare sufficiat quanta sit stulticia, quae infinita miseria summa bona sponte deserere, infinita bona aude querere, eterna gaudia fastidire, transitoria ardentem percipere, pro perituris premia infinita perdere, et mala eterna incurere.

**Filius.**  
Quanta mala ut ex predictis audio ipsa peccata et carnales voluptates inferunt hominibus unde desiderat de predictis capitalibus siue mortalibus et eorum circumstantiis, aut quod vel per quem modum primo oriantur ipsa peccata velis me informare.

**Ca. III. Pater. E**

**Debes scire quod** peccatum primo oritur siue perpetratur quatuor modis in corde, videlicet suggestione, delectatione, sensu, et defensionis audacia. Fit autem suggestio per dyabolum, delectatio per carnem, sensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Primo enim peccatum latenter agit, postmodum sine confusione ante oculos hominum reatus aperit, deinde ad consuetudinem vicij ducit, ultimo obstinatione misere desperationis enutrit, et quanto diutius quis in vicijs per malam consuetudinem immoratus fuerit tanto debilius ad resistendum eius animus etiam si voluerit existit, quod quot vicibus praue actionis usu astringit, quasi tot vinculis ligatur. Ista commemorat beatus gregorius, ubi mora, sic dicens. Quippe quatuor modis perpetratur peccatum in corde.

quatuor summatur in opere. In corde namque suggestione, delectatione, consensu, et defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per adversarium, delectatio per carnem, sensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Culpa enim que tenere mentes debuit extollit ipsam et deficiendo elevat sed gravius elevando supplantat. Unde et illam primi hominis rectitudinem hostis antiquus his quatuor ictibus fregit nam serpens suavit, eum delectata est, adam sensit, qui requisitus profiteri culpam per audaciam noluit. Hoc vero in humano genere quotidie agit quod actum in primo parente nostri generis non ignorat. Serpens suavit, quod occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit, eum delectata est, quod quasi carnalis sensus ad verba serpentis mox delectationi se subtermit, assensum vero adam mulieri prepositus prebuit, quia dum caro in delectatione rapitur, etiam a sua rectitudine spiritus infirmatus inclinatur. Et requisitus adam culpam profiteri noluit, quod videlicet spiritus quo peccando a veritate disjungit, eo in ruine sue audacia nequius indurat. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latet culpa agit postmodum ante oculos hominum sine confusione, reatus aperitur, deinde ad consuetudinem ducitur, ad extremum quoque vel false spei seductionibus vel obstinatione misere desperationis enutritur. Hos itaque modos peccati qui vel in corde latenter fiunt vel patenter in opere perpetrant beatus iob considerans ait. Quare non in vulva mortuus sum. Vulva quippe peccati est hominis culpa latens, que occulte peccatorem percipit, et reatum suum adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex utero non statim perit, vulva exitur ab utero cum

peccator que in occulto commisit hec etiam in aperto committere non erubescit. Quare exceptis genibus. quia nimirum cum peccator iam de iniquitate sua non confunditur. in iniquitate eadem etiam ammiculis pessime consuetudinis roboratur. Quasi genibus peccator fouetur ut crescat. dum culpa consuetudinis firmatur ut uiuat. Cur lactatus uerbis. Quia dum prodire culpa in usum ceperit. nimirum uel falsa spe diuine misericordie. uel apta misericordia desperationis pascit. ut eo nequaquam ad correctionem redeat. quo uel factorem suum primum sibi inordinate stimulat uel hoc quod fecit inordinate formidat. Et notandum quod culpa cum in usum uenerit ei animus etiam si appetat. debilis resistit quod quot uicibus prauae frequentationis astringitur. quasi tot uinculis ad mentem ligatur. Sciendum quoque est quod illi tres modi peccantium facilius corriguntur. quartus uero difficilius emendatur. Unde et redemptor noster puelam in domo. iuuenem extra portam de sepulchro autem lazari resuscitauit. Ad hoc quippe in domo mortuus iacet. qui latet in peccato. iam qua extra portas educitur. cuius iniquitas usque ad uerendum publice perperationis aperitur. Sepulture uero agere permittitur. qui in perperatione nequitie etiam usu consuetudinis grauat sed hos ad uitam misericorditer reuocat. quod plerumque diuina gratia non solum in occultis. sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos et mole prauae consuetudinis pressos respectu sui luminis illustrat. Quartum uero mortuum redemptor noster nunciantem discipulo agnoscit. nec tamen suscitatur quod difficile est ualde. ut is que post uisum male consuetudinis etiam ad ultimum adulantium lingue excipiunt a mentis sue morte reuocetur de quo et bene dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui

mortuum sepeliunt. cum peccatores peccatorem fauoribus premunt. Quid enim est aliud peccare quam occubere. sed qui peccantem laudibus prosequuntur extinctum sub uerbis suorum agere abscondunt. **D**ifficile enim emendatur peccatum. quod linguis prauorum hominum nutrit. hec gregorius. Unde uigilandum est ut sensus exterior maxime uisus ab inordinate intuitu custodiat. et cogitationes illicitae primo cordi aduenientes ualde necessarium est ut restringantur. quod ex his duobus uidelicet inordinate uisu et malo cogitatu omne peccatum ortum habet. Nam cum uisus inordinatus non refrenatur oritur exinde carnalis et illicita cogitatio. ex cogitatione uero cum ei non resistitur generatur delectatio. ex delectatione sensus. ex sensu prauis opus. deinde sequitur mala consuetudo peccandi et obstinatio in operibus prauis. quae tandem producit ad desperationem. Hec probat beatus gregorius tractans illud uerbum. Oculus meus deputatus est a iam mea sic dicitur. Uisum sequitur cogitatio. cogitationem delectatio. delectationem sensus. sensum operatio. operationem consuetudo. consuetudinem necessitas. necessitatem obstinatio. obstinationem desperatio. desperationem eterna damnatio. Hec gregorius. Periculosum ergo multum est non refrenare in principio temptationis sensus suos ab illicitis spectaculis et cor a cogitationibus nostris. sed nequissimum est mortaliter peccare. sunt omnia haec prius est consuetudinem peccandi facere. quod ualde difficile prauae consuetudini repugnat. Unde ysidorus. Cogitatio prauae delectationem parit. delectatio sensum. sensus actionem. actio consuetudinem. consuetudo necessitatem. Sicque his uinculis homo implicatur quodammodo carbonem uiciorum tenet. ita ut ab ea euelli nequa

q̄ valeat. nisi diuina gr̄a manū iacen-  
tis apprehendat. vnde nequissimū est  
peccare. sed prius est psuetudinem pec-  
candi facere. ab illo facile est recedere  
ab hoc cū labore resurgit cum male cō-  
suetudini repugnat. **H**abemus igitur  
ex iam dictis quibz modis orit̄ aut p̄-  
petrat̄ peccatum.

Capitulum III

**N**unc autē vidē

dum est de peccatis capitalibz  
seu mortalibz et circūstantijs eorundē  
Peccata siquidē mortalia siue capita-  
lia septē sunt in numero. videlicet su-  
perbia. ira. accidia. auaricia. gula. in-  
uidia. luxuria. que infinita mala cōse-  
runt p̄mittentibz ea. **D**e hoc dicit bu-  
go de sancto victore. **S**eptem capita-  
lia sunt vitia. videlicet superbia. ira. in-  
uidia. accidia. auaricia. gula. luxuria.  
**E**x his tria hominem expoliant. nā su-  
perbia aufert homini deū. inuidia. pri-  
mū. ira seipsum. **Q**uartū vero spolia-  
tum flagellat. quintū flagellatū et̄icit.  
sextum eiecitū seducit. septimum sedu-  
ctum seruituti subijcit. **A**nima em̄ raro  
nalis in sanitate sua vas est solidū et in-  
regz nullam habens corruptōem. quā  
vicia venientia in eā hoc modo viriant  
et corūpunt. **P**er superbiam inflat̄. p̄  
inuidiā arefcit. per iram crepat. per ac-  
cidiam frangit̄. per auariciam disp̄gi-  
tur. per gulam inficit̄. per luxuriā con-  
culcat̄ et in lutum redigif. **H**ec hugo.

**E**t norandū q̄ vnum peccatū  
nascif ab alio qd̄ sic apparet. **S**uperbia  
q̄ vult omnes precellere vult si aliq̄s  
ei equat̄. et sic ex ea nascif inuidia. **I**n-  
uidus vero q̄ de facili irascif ei cui in-  
uidet. ideo ex eo nascif ira. sed ira cuz  
se non p̄uindicare tristat̄. ideo ex ira  
nascif accidia. **A**ccidia vero psolatōez  
querens facit auariz. **A**uarus autē q̄ in

tpalibz abundat. magis exercere pōt  
gulā. **G**ulaxero p̄ventris repletōnem  
de facili spumat in libidinē et ita gene-  
rat luxuriā. **E**cce quōvnum vitū mor-  
tale nascif ab alio. **S**ed nōnulli docto-  
res dicunt q̄ ex supbia primo nascif  
inamis gloria. ex inami glia inuidia. et  
sic vitia subsequētia put supra positum  
est. **U**nde per quendā sic d̄r. **E**x super-  
bia nascif inamis gloria. **S**uperbo em̄  
vult ab oībz laudari vt possit ab om-  
nibz honorari. **E**x hac autē inuidia na-  
scif. q̄ dū laus appetit eadem alijs in-  
uidet. **E**x hac itē ira. q̄ dū mēs ex  
aliena felicitate torquet. necesse est vt  
oculus mentis per iracundiā turbetur.  
**E**x ira autē accidia. q̄ dū mens inordi-  
nate turbat̄ omne bonū in fastidiz ei  
vertit̄. **E**x accidia vero auaricia. quia  
dū turbata mens est tristis et nullā in-  
terius psolatōem sentit. foris eā in ter-  
renis per auariciam querit. **E**x auari-  
cia vero gula q̄ qd̄ p̄gregant auaricia  
gula de pascit. vñ dītes solēt eē gulosi  
sicut ille qui epulabat̄ quotidie splen-  
dide. **E**x gula autē luxuria. q̄ venter et  
genitalia vicina sunt. **P**er vicinities  
membroz sequit̄ psederatio vitioz.  
**E**x his itaq̄ vitijs sibz p̄p̄is p̄nexis q̄ si  
catena psicitur qua pctōz ligatus ad  
infernum trahit̄. **H**ec ille. **B**eatus etiā  
grego. faciens mentionē de eisdē mor-  
talibus peccatis similia sentit. adiun-  
gens quasdam deceptōes quas p̄dī-  
ctavicia suggerūt mēti ad seducendā  
eā atq̄ peruertendā. **U**ā de hoc. xxxj  
moral. exponens illud. **E**xhortationē  
ducum et vlularum exercitus. sic dī-  
cit. **T**emprantia quippe vitia que p̄ in-  
uisibile contra nos p̄elium regnanti  
super se superbie militāt. alia more du-  
cum p̄eunt. alia more exercitus sub-  
sequunt̄. neq̄ em̄ culpe oēs pari acces-  
su cor occupant. sed dum maiores et  
o. iij.

pauce neglectam mentem p̄ueniunt  
 minores etiā in numero ad illam se ca  
 teruam fundūt. ipsa namq; vitioꝝ re  
 gina supbia. dum deuictū cor plenece  
 perit. mox illud septem p̄cipalib; vi  
 cijs quasi quibusdā suis ducib; deua  
 standum tradit quos videlicet duces  
 exercitus sequit̄. q; ex eis p̄culdubio  
 impoꝛtune vitioꝝ multitudines ori  
 unt̄. **Q**d melius ostendemus. si ip̄os  
 duces sp̄aliter vt possumus enumeran  
 do p̄feramus. radix quippe cūcti ma  
 li superbia est. **D**e qua scriptura testā  
 te d̄. **I**ncium ois peccati supbia. **P**ri  
 me eius soboles septem nimir̄ p̄ncipi  
 alia vitia. de hac virulenta radice p̄  
 deunt. s. inanis glōria inuidia ira tristi  
 cia auaricia. ventris ingluuies. ⁊ lu  
 xuria. nam q; his septem vicijs nos ca  
 prosdoluit. idcirco redemptoꝝ noster  
 ad sp̄uale liberationis nostre p̄elium  
 spiritu semp̄iformis gratie plenus  
 venit. **E**x his quib; videlicet septem  
 quib; spiritalia. duo quoq; carnalia  
 sunt. sed vnū quodq; eoz tāra sibi cog  
 natione iungit̄. vt nisi vnū de altero  
 p̄ferat. p̄ima namq; supbie soboles  
 est inanis glōria. q; nimirum. dum va  
 ni nominis potentiaz appetit. ne quis  
 hanc alius adipisci valeat tabescit. **I**n  
 uidia quoq; iram parit. ⁊ quanto in  
 terno liuoris vulnere aīmus sauciaf̄.  
 tanto etiam mansuetudo tranquillira  
 tis amittit̄. ex ira quoq; tristitia orit̄  
 q; turbata mēs quo iordiate se p̄ntit  
 eo adūciēdo se p̄sūdīt ⁊ cū dulcedinez  
 tranquillitatis amiserit nihil hanc m̄  
 si ex p̄turbatiōe subsequens meroꝝ de  
 pascit. tristitia quoq; ad auariciā deri  
 uat̄. q; dū p̄sum cor bonuz leticie in  
 seipso intus amiserit. vnde p̄solari de  
 beat foras querit. ⁊ tanto magis exte  
 riora bona adipisci desiderat. quanto  
 gaudium nō habet. ad qd̄ int̄infecus

retrat. post hec vto duo carnalia vi  
 tia. i. ventris ingluuies. ⁊ luxuria sup  
 sunt. **S**ed cūctis liquet q; de ventris  
 ingluuie luxuria nascat̄. dū in ipsa vi  
 strubutione membꝝ ventri genitalia  
 submixta esse videant̄. vnde dū in ordi  
 nate reficit̄ venter aliud. p̄uidubio ad  
 p̄umelias excitat̄. **B**ene aut̄ duces ex  
 hortari dicti sunt. exercitus vllulare  
 q; p̄ima vitia decepte mēri quasi sub  
 quadā ratione se inserunt. sed innume  
 ra que sequunt̄ dum hanc ad omnem  
 insaniam p̄rahunt. quasi bestiali cla  
 more p̄fundunt. **I**nanis aut̄ glōria de  
 uictū cor q̄si ex ratione solet exhortari  
 cū d̄. **D**ebe maiorā appetere. vt qua  
 potestate valueris multos excedere ca  
 etiam valeas ⁊ plurib; p̄desse. **I**nui  
 dia quippe deuictum cor q̄si ex ratione  
 solet exhortari cū d̄. in quo illo vel il  
 lo minor es. cur ergo ei equalis vel su  
 perior non es. quanta vales. que ip̄i  
 non valent. nō ergo tibi aut supiores  
 esse. aut etiā equales debent. **I**ra etiam  
 deuictū cor q̄si ex ratione solet exhor  
 tari dicens. **Q**ue erga te agunt̄. equa  
 nimit̄ ferri nō possunt. **H**ec imo pa  
 tienter tolerare peccatū est. q; ⁊ si non  
 eis cū magna exaspiratione resistit̄.  
 contra te deinceps sine mensura accu  
 mulant̄. **T**ristitia quoq; cor. quasi ex  
 ratione solet exhortari cum d̄. **Q**ue  
 habes vnde gaudeas cum tanta mala  
 de proximis portas. perpende cū quo  
 meroꝝ omnes metuendi sunt. qui in  
 tanto contra te amaritudinis felle ver  
 tuntur. **A**uaricia quoq; cor quasi ex ra  
 tione solet exhortari cum dicit. valde  
 sine culpa est. q; quedam habenda cor  
 cupiscis. quia multiplicari non appet  
 tis. sed egre pertimescis. ⁊ quod ma  
 le alius retinet. ipse melius expendis  
**V**entris quoq; ingluuies deuictum  
 cor quasi ex ratione exhortari solet cū

dicit Ad esum deus mundo omnia pdi  
dit. et qui bono cibo saturari respuit.  
quid aliud q̄ m̄nere p̄cesso p̄tradicit  
Luxuria vero devictū cor quasi ex ratō  
ne solet exhortari cū dicit Cur te in vo  
luptate tua modo non dilatas. cuz qd  
te sequat ignozas. acceptum tpus in  
desiderijs exp̄dere debes. qz q̄citus  
pertransat ignozas Si ei misceri de  
us hoies in voluptate coitus nollat. in  
ipso exordio humani generis masculi  
li et feminā non creasset Dec est ducū  
exhortatio. que dū incaute ad secretus  
cordis admittit familiaris iniqua p̄  
suadet. quā videlicet exhortatōem exer  
citus vlulans sequit. qz infelix anima  
semel principalibz vitijs capta. dum  
multis inquiratibz in infamā vertitur  
ferali iam inamitate vastat. hęc grego.  
Capitulum V.

**D**istinquas dictū  
est de peccatis mortalibz. siue  
capitalibz in genere. nūc videndū est  
de vnoquoqz vitō seu peccato in specie  
Et primo de superbia que est regina oī  
um vitioz videndū est quid sit  
Superbia vt d̄t augu. est peruerse celsi  
tudinis appetitus. Nam sicut d̄t idem  
beatus aug. Superbia inuidet omnibz  
superioribz. s. qz illis non equat. infe  
rioribz ne illi equent ei. paribz. quia  
ei equant. Unde elatio animi est viti  
um quo quis pati non vult priorē vel  
parem. **R** Dicit autem superbia  
mitū omnis peccati triplici ratione.  
Primo p̄ter causas que inuenitur in  
omni peccato. qz in omni pctō inuenit̄.  
Iste aut̄ p̄emptus est auersio a creato  
re que in oī pctō ē. vbi p̄ponit bonū  
immutabile bono incōmutabili. qz sic  
sine caritate alie vtutes sunt nihil. ita  
sine supbia alia vitia nihil sunt. abstra

lx superbiā et habebis grām qz deus  
supbis resistit. humilibz aut dat grām  
Secdo qz p̄ncipiū fuit peccatoz. hoc  
em̄ in genere peccauit dyabolus in ce  
lo. et primus homo in paradiso. Tercio  
qz nascunt ex ea alia vitia vt supra di  
ctū est **I** Sciendū aut̄ est qd est q̄  
duplex supbia vtz cordis. oris. ope  
ris et habitus. De qua beatus bernar.  
adiungens quedam remedia sic dicit.  
Est supbia cordis. supbia oris. super  
bia operis. supbia habitus. Supbia  
cordis est. qn̄ in oculis suis homo est  
magnus. p̄tra quam sapiens orat di  
cens. Extollentiam oculoꝝ meoꝝ ne  
dederis mihi. Supbia oris vel lingue  
que et iactantia d̄t est qn̄ homo non so  
lum magna de se sentit sed etiā loquit̄  
Unde ps̄. Disperdat dñs vniuersa la  
bia dolosa. et linguam magniloquam.  
Supbia operis est qn̄ homo quedam  
superba vt magnus appareat agit. De  
qua itez ps̄. Non habitabit in me  
dio domus mee qui facit superbiā.  
Superbia habitus est qn̄ homo vt glo  
riosus appareat p̄ciosus se ornare vesti  
bus. Unde apostolus. Non in veste p̄  
ciosa. **S**unt autem quinqz q̄  
ad remediū tam mortifere pestis a do  
mino rationali anime sunt p̄posita. lo  
cus. corpus. temptatio dyaboli. p̄  
dicatio xp̄i. et eius p̄uersatio. Locus  
qz exilium. corpus qz onerosum. tem  
ptatio qz inquietat. p̄dicatio christi  
qz edificat. et eius p̄uersatio qz infoz  
mat. His quasi quinqz sensibus deus  
humilitatem operat̄ in anima. Sicut  
em̄ anima est vita corporis. ita deus ē  
vita aīe Et sicut corpus mortuū est qd  
per quinqz sensus non vegetat̄. ita ani  
ma mortua est que per hęc dño non hu  
milat̄. hęc bern. Et qz vita aīe deus est  
et sine grā dei ac boīs opibz aīa vivere  
non p̄t. ideo supbia valde fugienda est

et detestanda. quia ipsa est que priuat hominem gratia dei. et effectum boni operis viciat impedit et interficit. De primo beatus bernardus sic dicit. Superbia inuenta est in me et declinavit dominus in ira a seruo suo. ergo argumentum superbie. gratie priuatio est. Subtrahitur enim gratia interdum non pro superbia que iam est. sed que profutura est. nam superbo oculo veritatis non videtur. sincero patet ibi enim inuenit requiem mansuetus et simplex ubi dolosus opprimitur et elatus. De eodem etiam dicit remigius. Iusto dei iudicio omnis ei aufertur gratia diuini muneris qui moribus execrabilis superbie obruitur. et tumoris. huc remigius. **N**on autem opus bonum et virtuosum fit infructuosum et infectum propter vitium elationis ac superbie. probat hoc beatus bernardus sic dicens. Elatum cor durum et expers est pietatis. ignarum compunctio. sicum ab omni rore gratie spiritualis. Porro elationem fugere super omnia vitia necesse est. quisquis enim altum sapit opus eius et patientia vanum sapit. Superbia enim in penitentia vel patientia non committatur. Dicit enim de hoc damascenus. Nulla virtus nulla actio elucescere poterit. cui etiam minima scintilla superbie dinoscitur inherere. huc damascenus. **V**igilandum est ergo contra vitium superbie. quia omnem statum et conditionem hominum solet inuadere et temptare seculares videlicet nouiter conuersos et etiam iustos. De hoc per hugo. de claustris amine sic dicit. Superbia est que seculares possidet et retinet. nouiter conuersos terat et reuocat. iustos vero temptat et illudit. in secularibus apparz in nouiter conuersis notat. et in religiosis quandoque latet. Insidiatur secularibus. ut in prauo comprehendat opere. Religio-

nis vero insidiatur per gloriam laudis humane. huc hugo. **S**unt namque nonnulli. qui per cordis elationes alios quadam superba cogitatione despicunt. Et si aliqui aliquos exterius venerantur. intus tamen in cordis secreto in sua cogitatione se eisdem preferunt. et si habent in se aliquod bonum etiam minimum statim oculos mentis a malis. que prius gesserunt auertunt. et solum paruum bonum. quod fecerunt tota intentione aspiciunt et propter hoc quasi sanctos se existimant. malaxero multa in quibus diuersi sunt non agnoscunt. De talibus beatus gregorius. xxiii. moral. super illo verbo. Omne sublimé videt sic dicens. Omnes iniqui propter morem cordis elati cunctos quos cernunt. superbie fastu despicunt et si quando exterius venerant. intus tamen in secreto cordis. ubi apud se sua estimatione magni sunt cunctorum sibi vitam meritumque postponunt. quia per elatam cogitationem cordis in cuiusdam se altitudinis arce posuerunt. Quibus bene per prophetam dicit. Ne qui sapientes estis in oculis vestris. Hinc etiam paulus ait. Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. hinc ad saulem dicit nonne cum paruulus esses in oculis tuis. caput te constitui in tribubus israel. Paruulus est in oculis suis est. qui in eo quod semetipsum confiderat. imparem se alienis meritis pensat. nam quasi grande se respicit quasi quis. qui se super aliena merita elatione cogitatio extendit. David autem secundum divina gratia. Saul reprobatum ad regni gubernacula possidenda seruauit. et tamen prosequente aduersario mente se humili substernebat. cui diuino iudicio se flatum esse nouerat. illi se humiliter posponebat. cui pro electio gratia inconuulsum se nouerat. meliore. **D**iscant igitur quomodo humiliari. primi debeant. qui adhuc quo loco apud deum ha-

beantur nesciunt. si sic se etiā electi hu-  
miliant illis quibus iam se per interna  
iudicia antepositos reprehendūt. hoc  
autem proprium electorum semper esse solet  
quod de se semper sentiunt infra quibus sunt.  
Hinc namque per eundem david dicitur  
Si non humiliter sentiebā etc. Hinc  
magister gentium suos ammonens di-  
scipulos dicit. Superiores sibi inuicem  
arbitrantes. nam quod iniquus quisque in-  
feriorem se omnem quem cogitat putat  
Eduerfo iustus studeat ut superior  
quemlibet proximum attendat. ac ne dum  
se alij alter humiliat iter alter in elari-  
onem bene utraque partem ammonuit  
dicens. Superiores sibi inuicem arbi-  
trantes. ut in cogitationibus cordis et  
ego illum mihi preferā. et vicissim me  
ille sibi. et cum ab utraque parte cor in-  
ferius premis. nullus ex impenso ho-  
nore subleuetur. Sed hanc humilita-  
tis formam reprobi cognoscere vel tene-  
re preueniunt. quia et si quando humiles  
se specietenus ostendunt. humilitatis  
vim intrinsecus seruare negligunt. qui-  
bus sepe accidit ut si quando unum quod  
liber bonum vel minimum faciunt a malis  
suis omnibus respectu mentis auertunt  
atque hoc quod vel extremum bonum fecer-  
unt tota intentione semper aspiciant et  
ex eo iam se quasi sanctos aspiciant. ob-  
litum malorum omnium que commiserunt. vni-  
uersarumque bonorum quod commiserunt. si-  
tatis facere nec perfecte potuerunt. si-  
cut electis euenire solet. ut cum multa  
cum virtutum gratia polleant. unus eos  
vel tenuissimum vitium fatigans pulset  
quarentibus tunc ex quadam parte se infe-  
mari considerant. De his virtutibus in-  
quibus preualent se minime extollunt.  
dumque de infirmitate trepidant hoc quo-  
modo ubi fortes sunt humiliter seruant. Se-  
pe ergo reprobi per hoc quod unum vel mini-  
mum bonum suum incaute aspiciunt. ma-

la multa et grauiora in quibus diuersi sunt  
non agnoscunt. Et sepe electi per hoc quod  
tenuissimum malum suum infirmari tre-  
pidant. mira dispensatione agunt ut ma-  
gna bona ad que perueniunt non amittant.  
Iusta itaque et occulta examina me-  
sura disponit ut iustos et mala adiungat  
illos et bona aggrauent. dum et isti ad per-  
fectum bonum utuntur leuibus malis et il-  
li ad augmentum mali instrumentum mini-  
mis bonis. Isti quippe inde perfectius  
in bono proficiunt unde magis tem-  
perant. Illi autem ad maius malum de-  
ficiunt unde de bono glorianant. Sic ita-  
que male bono utitur impius. et bene ma-  
lo utitur pius. sicut sepe contingit ut ali-  
us ex cibo salutifero inordinate sumpto  
pestem languoris incurrat. alius ve-  
neno serpentis in medicamine ordinata  
refectionis adhibito languore mole-  
stia vincat. Ille ergo quod cibo salutifero  
viti recte noluit inde perniciose mori  
unde alij salubriter viuunt. Ille autem  
quia veneno serpentis caute viti studuit  
inde salubriter viuunt unde alij pernici-  
ose moriuntur. Venenum ergo serpentis  
non ipsam nequiciam sed suggestionem  
nequicie dicimus. quod nolentes sepe re-  
mitentes temptamur. quod tunc in medi-  
camentis cum mens virtutibus ere-  
cta circumspicit contra se temptatio-  
nibus humiliat. Iniqui itaque atque ab ap-  
probatione interni examinis reprobi dum  
quolibet opera faciunt in quibus virtuti-  
bus emittunt. humilitatis sensum pe-  
nitentis ignorant. quod minime huius leuia-  
tham membra sunt. de quo superna vo-  
ce dicitur. omne sublime videt. Ite greg-  
gorius. Sciendum quoque est quod  
alia vitia illas virtutes solummodo im-  
perunt quibus ipse virtutes destruantur  
ut videlicet ira patientiam. gula absti-  
nentiā. libido continentiam expugnant.  
superbia vero nequaquam vnius virtutis

**Liber .II. Dist. I. Ca. V.**

interemptrix est. sed contra oēs virtutes se erigit. vt quicquid illa inuadente agit. deo placere non potest. qz p hoc solum vane glorie seruit. Cuius etiam mentem hæc pestis operit. clauso cordis oculo iudicij equitatem perdit. nam cuncta que ab alijs bene fiunt displicent et sola que ipse egerit etiam praua placent. Aliena opa semper despicit. miras semper que ipse per se facit. ipsa etiam supbia alios in rebus secularibus alios in spiritualibus constitutos possidet. aliter in infimis et terrenis rebus. aliter summis celestibusque virtutibus. Aliter hoc vitium temperat plures. aliter subditos. prelato namque suggerit in cogitationibus. qz solus vite merito super ceteros excreuit eiusque mentem erigit. viles atque inutiles eos qui subiecti sunt ostendit. ira vt nullam quasi dignum respiciat. cui equanimiter loquat. At contra subditorum corda superbia instigat. vt sua acta considerent funditus negligant. et semper tacitis cogitationibus rectoris indices fiant. qz duz in illo quod reprehendere debent impotente respiciunt. in semetipsis quod corrigant nunquam videt. Ista tangit beatus Grego. adiungens etiam quedam remedia contra. lxx. xxxiiiij. moralium. exponens illud. Ipse est rex super omnes filios superbie sic dicens. Scriptum est initium omnis peccati superbia. Per hanc enim ipse leuiathan. i. diabolus occubuit. per hanc sequentes hominem strauit. eo etenim telo salutem nostre immortalitatis impetit. quovitas sue beatitudinis extinxit. vñ bene superbia radix vitiorum esse monstrat. Sic enim inferius radix regit sed ab illa rami extenduntur exterius. ita superbia intrinsecus celat sed ab illa protinus vitia alia pullulant. Inuis namque prius ebullit in elatione quod foris postmodum spumet in opere. Sed

qz occasio de superbie discussione se prebuit. debemus hanc sollicitius subtiliusque discutere atque ad humanas mentes quantum vel qualis veniat et quibus qualiter surripiat demonstrare. Alia quippe vitia eas solummodo virtutes imperunt. quibus ipse destruit vt videlicet ira patientiam. castimargia abstinentiam. Libido continentiam. expugnet. Supbia autem quam radicem omnium vitiorum diximus esse nequaquam vnius virtutis extinctionem prentam. contra cuncta anime membra se erigit. et quasi generalis et pestifer morbo corpus omne corrumpit vt quicquid illa inuadente agit. etiam sic esse virtus ostendit. Ut per hoc non deo sed soli vane glorie seruiat. quasi enim tyrannus quidam obsessam ciuitatem interimit. cum mentem superbia interumpit. et quo vitiores quemque cepit eo in dominio durior exurgit. quam quo ampliores siue humilitate agit virtutes eo lacius ista dominat. Quisquis igitur in se tyrannidem huius pestis captiuam mente suscepit. hoc primum tantum patitur. quod clauso cordis oculo iudicij equitatem perdit. non cuncta que ab eis bene gerunt displicent. et sola ea que ipse prauè egerit placent. Semper aliena opa despicit. semper miras quod facit. qz et quicquid egerit egisse se singulariter credit. et cum in cunctis se transcendere ceteros estimat. per lata cogitationum spacia secum deambulans. laudes suas tacitus clamat. Nonnumquam vero ad tantam elationem mens ducit. vt in eo quod timet. etiam per ostentationes locutionis effrene. sed tanto facilius ruina sequit. quanto apud se quisque impudentius exaltat. Sciendum quoque est quod ipsa hæc de qua loquimur elatio. alios ex rebus secularibus. alios vero ex spiritualibus possidet. Alter namque intumescit auro. alter eloquio. alter infimius

terrenis rebz. alter summis celestibus  
virtutibus vna tñ eadem ante dei ocu  
los agitur. Quis ad humana corda ve  
niens in eoz obturibus diuerso amictu  
palliet. nam cū is qui prius de terrēa  
facultate supbiebat postmodū de san  
ctitate extollit. nequaquā cor eius elati  
o deserit. sed ad eum cōsuetudinem  
vt cognosci possit neque vestes mutauit.

**R** Sciendum quoque est quod aliter  
hæc prepositos. aliter subiectos temp  
tat. Prelato namque in cogitationibus  
suggerit. quod solus vite merito super ce  
teros excreuit. et si qua ab eo aliquan  
do bene gesta sunt. hæc impertune eius  
to bene gesta sunt. hæc impertune eius  
animo obicit. et cū hunc singulariter  
deo placuisse insinuat vt facile sugges  
ta persuadeat. ipsa ad testimonium pote  
statis tradite retributōez vocat dicēs

Quia nisi omnipotens deus te omnibus  
his meliorem cerneret. omnes hos sub  
tuo regimine non dedisset. Cuiusque me  
tem mox erigit. viles atque inuiles eos  
qui subiecti sunt ostendit. ita vt nullū  
tam quasi dignū respiciat. cui equanimi  
ter loquat. Unde mox mentis tran  
quillitas in irā vertit quod dum cunctos  
despicit. dum sensum vitamque omnium si  
ne moderamine reprehendit. tanto se  
ineffrenacius in irā cundia dilatat quā  
to eos qui sibi commissi sunt esse sibi met  
indignos putat. At contra subditoz cor  
superbia instigat. hoc summope agere  
nititur vt sua acta funditus considerare  
negligant. et semper tacitis cogitationi  
bus rectoris sui iudices fiant. quod dum  
in illo quod reprehendere debeant impor  
tune respiciūt. in semetipsis quod corri  
gant nunquam vident. Unde et tanto acri  
us pereant quanto a se oculos auertūt.  
quod in huius vite itinere offendentes cur  
runt dum alibi intendūt. Et quidem pec  
catores se esse asserunt. nec tamen tan  
tum. vt tam noxie in regimine persone

tradantur. et dum eius facta despiciūt  
dum precepta premunt. ad tantā vsh  
que infamiam deuoluunt vt eū res hu  
manas curare non estimant. quod ei quez  
quasi vite rigore precedunt esse sibi cō  
missos volent. Sicque dum contra recto  
rem supbiunt. etiam contra iudicia p  
toris intumescūt. et dum pastoris vitaz  
iudicant. ipsam quoque sapiam cun  
cta disponentis impugnant. Sepe au  
tem rectoris sui dictis perne obuiāt.  
et eandem vocis superbiam libertatem  
vocant. Sic quippe elatio se quasi pro  
rectitudine libertatis obicit. sicut se ti  
moque humilitate suppoit. Nam sicut  
plerique verinent ex timore et tamen ta  
cere se existimant ex humilitate. Ita  
nonnulli loquuntur impatientiam elati  
onis. et tñ loqui se credunt per liberta  
tem rectitudinis. Aliquando etiā sub  
diti perua que sentiunt nequaquam pro  
dunt. et hi quoque loquacitas vix p  
citur nonnunquam ex sola amaritudine in  
rima rancoris obricescunt. Qui per tu  
morem mentis procacitatis sue verba  
subtrahentes dum male loqui soleant  
peius taceant. quia cum peccantes ali  
quid de correctione audiunt. indignā  
res etiam verba responsionis suspendūt.  
Cum his quando asperere agitur. sepe ad  
querelam de hac ipsa asperitate p  
siliunt. Cū vero eos magistri sui blan  
de preueniunt. de hac etiā humilitate  
qua preuenti sunt grauius indignantur  
et tanto eoz mens fastius accenditur.  
quanto consideracius infirma iudicant.  
Hi enim quod humilitatem que virtutis  
mater est nesciunt vsum sui laboris p  
dunt. etiam si qua bona sunt que pari  
videantur. quod surgentis edificij robusta  
celositas non figit que nequaquam p fun  
damenti fortitudinem in petra solidat.  
Soli fruiue crescit quod edificat. quod autem  
molē fabricæ humilitatis fundamēta

non parant. quos bene ab intimis pro  
dimus. si pauca in exterioribus ostēda  
mus. Cunctis namque apud se superbis co  
gitationibus tumentibus inest clamor in  
locutione. amaritudo in silentio. dis  
solutio in hilaritate. furor in tristitia.  
honestas in ymagine. erectio in sensu.  
rancor in responsione. horum mens semper  
est ad irrogandas contumelias vali  
da ad toleranda infirma. ad obliam pi  
gra. ad lacendum vero alios importuna  
ad ea que facere debet et preualet igna  
ua. ad ea autem que nec debet nec preua  
let parata. Ad hoc autem quod latenter desi  
derat querit. ut cogat quod dum metuit  
ex desiderio suo vilescere. operatur vim in  
ipsa sua voluptate tolerare. Igitur quod hu  
manos animos aliter temptari ex rebus  
carnalibus atque aliter ex rebus spiritali  
bus diximus audiant illi. Omnis ca  
to senum et gloria eius sicut flos feni.  
audiant isti quod quibusdam post mira  
bilia dicit. Nescio vos unde sitis. Disce  
vite a me omnes qui operamini iniqui  
tates. Rursum quod aliter temptari pla  
tos atque aliter subditos profari sumus.  
audiant illi quod per sapientem dicit. Res  
crozem te constituerunt. noli extolli. sed  
esto in illis quasi vnus ex illis. Audiāt  
isti. Obedite prepositis vestris et subiace  
te illis. ipsi enim puigilant quasi rationem  
pro animabus vestris reddituri. Audi  
ant simul omnes. Deus superbis resistit  
humilibus autem dat gratias. Audi  
ant omnes. Immundus est apud deum  
omnis qui exultat cor suum. Contra hu  
ius languoris membra andiamus cun  
cti. quid in gratia vitas doceat dicēs.  
Discite a me quod mitis sum et humi  
lis corde. Adhuc namque dei filius for  
mam nostre infirmitatis suscepit ad  
huc inuisibilis. non visibilis solū sed  
etiam despectus apparuit. Ad hoc contu  
meliam et ludibria et irrisionum probra

passionum tormenta tolerauit. ut super  
bum non debere esse hominem doceret hu  
milis deus. Quanta ergo humilitatis  
est virtus. propter quam solam veraciter e  
docendam is qui sine estimatione ma  
gnus est. usque ad passionem factus est  
paruus. Quia enim originem perditionis  
nostre se prebuit superbia diaboli. in  
strumentum nostre redemptionis in  
uenta est humilitas dei. Hostis qui pro  
pe noster inter omnia voluit fieri elatus.  
redemptor autem noster magnus manens  
super omnia. inter omnia dignatus est fieri par  
uus. Sed melius et elationis causam de  
regimus. et humilitatis fundamenta  
aperimus. si breuius commemoratione  
perstringimus quid de mortis auctore.  
qui de peccatore vite dicat. Ille namque  
dixit. In celum ascendam supra astra  
celi exaltabo solium meum ascenda super  
altitudinem nubium et similis ero alti  
tissimo. De auctore dicit paulus. Cum  
in forma dei esset non rapinam arbitra  
tus est esse equalem se deo sed semetip  
sum exinamuit formam serui accipiens  
Ille nihil aliud mentes docet sibi sub  
ditas quam celsitudinis culmen appetere.  
cuncta equalia timore mentis transire  
dere. societatem omnium hominum in alta elatio  
ne transire ac sese contra potentiam creato  
ris erigere. Ille autem ad spura. et pal  
mas et colaphos ad spineam coronam  
ad crucem et lanceam atque ad mortem veni  
ens. membra sua admonet dicēs. Si  
quis mihi ministrat me sequatur. Quia  
ergo redemptor nostra corda erigit humili  
tatem. leuiathan iste rex dicitur superborum. ap  
te agnoscimus. quod euidentissimum re  
proborum signum superbia est. at contra humi  
litas electorum. Cum ergo quod quisque habeat  
cognoscit. sub quo rege militet inuen  
it vnusquisque enim quasi quendam titulum  
portat operis. quo facile ostendat sub ca  
uis seruiat potestate rectoris. In per

percussionis deprehensus fateri q̄ iniquus sit nō erubescit. **Q**ui vero iniqua agit. humana de se iudicia sub spē sanctitatis recipit & cum flagello percutitur. iniquū se pdere refugit. q̄ sanctus videri p̄suevit. **S**i quomō aut̄ graui ter coartat. iniquū se vix sup̄ficien? p̄fiteretur. q̄ interna sua detegere vera ci p̄fessione p̄fundit. **Q**uasi liber vero sumus cū nulla correctōe castigamur. quasi vincimur cū flagello percussionis astringimur. victi aut̄ clamamus al tius. quando in percussione positi peccata p̄fitemur. **A**pud aures quippe dei vix valida est p̄fessio deuota. **Q**uia et go simulatores quosq̄ & cum percussio nis flagella corripunt. ad p̄fessionem simplicē non perducunt. **C**ognosci eē peccatores refugiunt. q̄ sancti omni opinione ferebant. **Q**uamuis em̄ ad extremum flagella feriant. quibus duci ad eterna supplicia non ignorēt. tales tamen cupiunt apud humana iudicia remanere quales se studuerant semper ostendere. **I**git̄ quiq̄ tales dū iustos se ante humana iudicia simulent. duz̄ actiones suas laude dignas intuēdis oculis ostētant. occulta tamen euz̄ eis iusticia agitur. vt quo nitunt̄ foris alios fallere. eo de se interius & ipsi fallā tur. nam omnē circa se sollicitē inuestigationis oculū perdūt. **V**itam enim suam discutere & perscrutari dissimulant. & tales esse se quales audiunt putant. sanctosq̄ se eē non q̄ ita viuunt. sed q̄ ita dicuntur existimant. subtili autē dei iudicio se ipsos intueri negligunt. q̄ fidem sui meriti in attestacione ponunt oris alieni. **C**um vero subita percussione feriunt iniquos se velte raciter fateri. vel sicut sunt deprehendere omnino non p̄nt. q̄ vix sanctos se humana p̄fessione crediderunt. **B**ene ergo dicit̄ **N**ec clamabunt cū victi

fuerint. Sepe etiam tales cum se ante super-  
num iudicem venire confidunt. quales se  
hominibus innotuisse cognoscunt seque  
ipsos miseri nec in tormentis apprehen-  
dunt. et dum testimonium false laudis con-  
spiciunt. remedium vere confessionis ad-  
mittunt. qui etiam vincere ducunt non  
clamant. quod humane laudis importuni-  
tate superari sanctos se miseri et cum in  
peccatis moriuntur putant. quibus bene pro-  
phetam dicit. Redite praedicatores ad  
cor. Si enim ad cor redirent per exterioris  
attestationis verba se non confunderent.  
Nam quid vicinius est nobis cor  
de nostro quid vicinius est nobis aere quam  
intra nos est. et tamen cum emittit nisi cir-  
tus reuertat siue retrahat homo mori-  
tur. Sicut cum per prauas cogitationes spar-  
gitur a nobis cor nostrum. longiusque  
euagat ita nisi celerius ad deum seu in-  
deum retrahat et reuocet perit et mori-  
tur. hec grego. Unde sumope laboran-  
dum est nobis. vane glorie et yperci-  
fi ac simulationi fortiter resistamus et  
opus bonum quod domino largiente ad-  
gimus. cum humilitate et simplicitate  
faciamus. ne mercedem a deo nobis  
repromissam propter huiusmodi vitia amittamus.  
Sic igitur habemus de vitio vane  
glorie et quibusdam adhaerentibus eius  
aliqualem declarationem.

**Filius**

**H**abita in formatione de vitio in-  
anis glorie nunc de peccato inuidie  
et quid sit inuidia cupio edoceri

**Ca. VII. Et.**

**S**ire debes quod  
inuidia ut ait augustinus. Est odi-  
um aliene felicitatis. Vel sic secundum iohannem  
damascenum. Inuidia est tristitia  
de alienis bonis. Vel sic Inuidia est do-  
lor ex aliena felicitate nascens. animam  
torquens. Dicitur autem inuidia a non vi-

tendo. quod non potest videre bona alio-  
rum. Est autem inuidia filia superbie  
siue inanis glorie. quod in vtroque vitio est  
appetitus proprie excellentie. quod vero in-  
uidia sit filia superbie testatur beatus augu-  
stinus dicens. **U** Inuidia est filia su-  
perbie sed ista mater superbie nescit esse  
sterilis ubi fuerit primo parit. suffocans  
enim matrem et non erit filia. hec augustinus.  
**X** Et sunt due species inui-  
die. exultatio in aduersis proximorum. et  
tristitia in prosperis. ipsa namque inui-  
dia felicitatem odit aliorum quantum  
ad inferiores. quantum ad equales et  
quantum ad superiores. De hoc dicit  
beatus augustinus in quodam sermone  
sic. Inuidia est odium felicitatis a-  
liene respectu inferiorum. ne sibi equan-  
tur respectu equalium quod sibi equantur  
respectu superiorum quod eis non equantur.  
Unde Chayn inuidit. Abel prosperitati  
Rachel. Iue fecunditati Saul. Da-  
uid felicitati. Per inuidiam procura-  
tus est lapsus mundi et mors. hec augu-  
stinus. **A** Et notandum quod hoc vitium  
proprie dyabolo assimilatur. Unde  
sapiens. q. dicit. Inuidia diaboli mors  
intrauit in orbem terrarum. imitatur  
autem eum qui sunt ex parte eius. Ad li-  
teram diabolus parentes nostros se-  
duxit. quod inuidebat eis regnum celo-  
rum. quod ipse perdidit. et propter hanc  
causam adhuc homines impugnat.  
Unde inuidia est signum quo diabo-  
lus ab alijs suos discernit. Nam sicut  
christus dicit. In hoc cognoscetis omnes. quod mei  
estis discipuli si dilectionem habueritis  
ad inuicem. Sic diabolus suis disci-  
pulis dicere solet. In hoc cognoscetis om-  
nes quod mei estis discipuli si inuidiam  
habueritis ad inuicem. Quod autem inuidia  
vitium sit diabolicum. Beatus augu-  
stinus in libro de doctrina christiana sic dicit. In-  
uidia vitium diabolicum est. quo solus dy-

abolus reus ē & inexplicabiliter reus  
 Non enim dyabolo dicitur damnes. ad  
 ulterium pmissi. furtum fecisti. villā  
 alienam rapuisti. sed homini intantum  
 inuidisti. hęc august. Et sciendum q̄  
 quis per omne peccatū perpetrātū hu  
 māno cordi antiqui hostis virus infun  
 ditur. in hac tñ nequicia totam suam  
 maliciam infundit & imprimit. & cū  
 inuidia mentē possederit. cūcta que in  
 uenerit bona psumit. De hoc vitio lo  
 quit beatus gregorius. atq; de eius re  
 medio exponens illud dictū Et paruu  
 lum occidit inuidia. sic dicit. Inuide  
 re non possumus nisi eis quos nobis  
 in aliquo meliores putamus. Paruu  
 lus est ergo qui liuore occidit. q̄ ipse si  
 bi testimoniu perhibet q̄ eo minor est  
 cuius inuidia torquet. q̄ nisi ipse in  
 ferior existeret. zelo alterius non serui  
 ret. Sed inter hęc sciendū est q̄ quis  
 per omne vitium qd̄ perpetrāt huma  
 no cordi antiqui hostis virus infundi  
 tur. in hac tñ nequicia tota suavisera  
 serpens pcutit. & imprimē de malicie  
 pestem vomit. de quo nimirū scriptū est  
 Inuidia dyaboli mors intravit in or  
 bem terrarū. nam cū deuictum cor liuo  
 ris putredie corruerit. ipsa quoq; ex  
 teriora indicant q̄ grauer animū ve  
 sania instigat. Color quippe pallore af  
 ficit. oculi deprimunt. mens accendi  
 tur. & membra frigesunt. fit in cogita  
 tione rabies. in dentib; stridor. cumq;  
 in latebris cordis crescens abscondit  
 odium colore ceco cribrat p̄scientiam  
 vulnus inclusum. nil letum de p̄p̄s li  
 ber. q̄ tabescente mentē sub pena sau  
 tiat quā felicitas torq̄t aliena. Et sciē  
 dū q̄ inuidia cū mentem tabefecerit.  
 cūcta q̄ inuenit bene gesta psumit. Un  
 de per salomonem dicit. Putredo ossiuz  
 inuidia Et quid per ossa nisi fortia ac  
 ra signant. per liuoris vitium autē an

te oculos preunt etiaz fortia facta vit  
 turum. S; cur hoc de inuidia dicim;  
 si non & qualiter eruat intimentus.  
 Difficile namq; est vt homo alteri nō  
 inuideat quod adipisci alter exoptat.  
 q̄ quicquid temporaliter percipit tan  
 to fit minus singulis quāto diuiditur  
 in multis. & idcirco desiderantē men  
 tem liuor excuriat. q̄ hoc quod appet  
 rit aut funditus alter accipiēs adimit.  
 aut a quantitate restringit. Qui vero  
 hac liuoris peste plene carere deside  
 rat illam hereditatem diligit. quā co  
 heredū numerus non angustat. que est  
 & omnib; vna & singulis tota. que tan  
 to largior esse ostendit quanto & hanc  
 percipientiū multitudinē dilatat. Immi  
 nutio est q̄ liuoris affectus insurgens  
 interne dulcedis. & plena eius mors  
 est perfectus amor eternitatis. Nā cū  
 mens ab huius rei appetitu retrahitur  
 que accipientiū numero partit tanto  
 magis p̄imum diligit quāto minus  
 ex p̄fectu illius sua damna p̄timefcit.  
 que si perfecte in amore celestis patrie  
 rapit. plene etiam in p̄imi dilcōe so  
 lidat. quia cū terrena nulla desiderat.  
 nihil est quod eius erga p̄imū carita  
 ti p̄radicat. Que nimirū caritas quid  
 aliud est nisi oculus mentis. qui si ter  
 reni amoris puluere tangit ab interne  
 lucis mor intuitu lesus reuerbat. q̄  
 autem puulus est qui terrena diligit.  
 magnus qui eterna p̄cupiscit. Paruu  
 lū ergo occidit inuidia. qm̄ huius pe  
 stis labore non morit. nisi qui adhuc  
 in desiderijs mundi infirmat. hęc gre  
 go. Et q̄ vitium inuidie nullam delecta  
 tionem p̄fert homini. sed potius mole  
 stia atq; torturam infert menti. nec ē  
 vt inuidie ac odio reluctet animus. nā  
 tāto facilius huius vitii vinci possunt  
 quanto nullaz voluptatem sed magis  
 penam sustinentibus inferūt. De hoc  
 q. ij.

per beatum ambrosio. sic dicitur. Quid oro tibi inuido delectationis prestat inuidia quid alter ab odio mercedis accipit. quid iracundo furor suus profert. similiter curte per singula et inuenies tot anime tormenta. quorum vitia que vtrique eo facilius vinci possunt. quo nulla nos aliter ciuit voluptate. hinc ambrosio. **S** Et notandum quod vitium inuidie. has habet filias. Prima est odium. Secunda pertractio. Insurrexiu. Deprauiatio Ingratitudo. compassio. mali inuentio. inuidensia. Odium quippe est velle malum alii et nolle bonum. Detractio est bonorum aliorum demigratio. quod talis intendit meliorem apparere illo. cui detrabit. Insurrexiu est inter amicos discordia seminare. Deprauiatio est bona alterius pernertere. vel mala memorari. Ingratitudo est de beneficiis gratias non agere. Compassio est alterius bonum latere. Inuentio mali est ad inuenire novum genus peccati. Inuidensia est bonos successus alterius nolle videre sic igitur patet de vitio inuidie. **Filius.**

**A**cepta in formatio de vitio inuidie nunc de peccato ire et quid ipsa sit cupio istruere. **Ca. .VIII. Di. C**

**I**ra ut ait beatus augustinus. est vlciscendi libidinis. Et secundum hugonem de sancto victore. Ira est irrationabilis perturbatio mentis. Est etiam ira animi tempestas. qua quis alium in aduersitate monet. Notandum autem quod ordo mentis valde esse quietam. que ipsum deum vel donum eius hoc est gratiam sancti spiritus in se suscipere debet. resiste beato iheronimo qui dicit sic. Nihil quietius nihil purius ea mente debet esse. quam in dei habitaculum preparanda est. Ira vero cor hominis ac mentem valde perturbat. et inquietam facit. ideo in tali corde seu mente spiritus sanctus valedignatur

inhabitare. De hoc dicit beatus gregorius. Dum ira animum pulsat turbat spiritum sanctum. non solum quod eius ymaginem dissipat sed ymaginem diaboli loco eius collocat. quod multum displicet deo mansueta enim ymago dei est. que semper in nobis tranquilla fuit sed illa ira dissipat. quam multis virtutibus priuat mentem et dum quietem mentis tollit spiritus sanctus ibi non requiescit. hinc gregorius dicit etiam de hoc iohannes abbas montis synai. Si spiritus sanctus pacem in te diffundit et est. Ira vero cordis perturbatio est atque dicitur. igitur nihil ita ipsius spiritus sancti aduentum in nobis perturbare solet. et non finire precipere naturam ut furor. hinc ille. Necessesse est ergo qui gratiam spiritus sancti habere desiderat. ut passionibus iracundie fortiter resistat. et motus impatientie insurgentes vtiliter contineat. Ad hoc hortatur beatus ambrosius sic dicens. Animus quippe rationis capax non est suarum passionum dominus sed repressor. neque enim fieri potest ut facilis ad iracundiam non irascatur. Iracundia se temperat. indignationem contineat a puniendo se renouet sicut peccata nos docet dicens Irascimini et nolite peccare. Concessit quod nature est. negavit quod culpe est. Preclarum enim est motum iracundie temperare consilio nec minoris virtutis dicitur conturbare iracundiam indignationemque contempnere. quam omnino non irasci quamuis plebem illud lenius istud fortius estimare lolemus. Unde resiste ire si potes. cede si non potes si peruenit et preoccupauerit mentem tuam iracundia. et ascendet in te. non relinquant locum tuum. locustinus patientia est. hinc ambrosius. Laboremus quod ut nullas lites aut perturbationes cum proximo habeamus ne forte ira nostra in odium transeat. Si vero ex fragilitate nostra per aliquod peccatum offenderimus proximum. statim per

humilitatem seu per humilem satisfactio-  
nem studeamus curare hoc quod in pro-  
ximum deliquimus. ut orationes nostre  
pure possint esse in conspectu domini. quod  
prearibus nostris ac alijs necessitatibus  
coram illo fundimus. Ad hoc facien-  
dum monet beatus augustinus. sic dicens.  
Lites autem nullas habeatis. aut quod celer-  
time finiatis. ne ira crescat in odium.  
et iram faciat de festuca. et animam fa-  
ciat homicidam. Sic enim legitis. Qui  
odit fratrem suum homicida est. Quicum-  
que virio vel maledictio vel etiam crimi-  
nis obiectu aliquem leserit. meminerit  
satisfactionem quantum curare quod fe-  
cit. et ille qui lesum est siue discepta di-  
mittere. si autem se invicem leserint. inui-  
ce sibi debita relaxare debebunt propter  
ordines vestras quas utique quanto cele-  
briores haberis tanto sanctiores habe-  
re deberis. hec augustinus. **¶** Et nota-  
dum quod vitium ire multa mala infert ho-  
mini. Nam per iram mansuetudo amit-  
titur. et superne ymaginis similitudo  
vitiatur. Per iram etiam iusticia re-  
linquitur. quia perturbata mens omne  
quod furor suggerit rectum putat. Per  
iram membrorum domina mens captiva  
tenetur. que cum fuerit furore successa  
etiam membra exteriora videlicet manus  
in ictus siue percussiones proximorum  
laxat. Et si manus in percussiones non  
exercet. linguam tamen prius in ma-  
ledictionis verba vertit. fratresque inte-  
ritum a deo precibus exposcit. si quod pro-  
terito et voce homicidium peragat etiam cum  
a lesione cessat. Hec et alia de vitio ire  
beatus gregorius. v. mora. exponens illud  
dictum. Quis stultum interficiet iracun-  
dia. sic commemorat dicens. Cum scriptum  
sit. tu autem domine cum tranquillitate  
iudicas. Sciendum nobis cum magnopere  
est quod quotiens turbulentos animi mo-  
tes sancte mansuetudinis virtute res-

stringimus. redire ad similitudinem  
conditoris conamur. nam cum tranquil-  
litate mentis ira diuerberat. dilaniata  
quodammodo scissamque perturbat. ut si-  
bi metipsum non parcat. ac vim intime  
similitudinis amittat. Quanta sit iras-  
cundie culpa pensemus per quam dum  
mansuetudo amittitur superne ymagi-  
nis similitudo vitiatur. Per iram sapi-  
entia perditur. ut quid quove ordine  
agendum sit omnino nesciat. Sicut  
scriptum est. Ira in ore stulti requies-  
cit. Quia nimirum intelligentie lumen  
subtrahit cum mentem promouendo con-  
fundit. Nam profusus animus nequaquam  
explet etiam si intelligere aliquid pro-  
venter valet. Per iram iusticia relin-  
quitur. sicut scriptum est. Iraviri iusticiam  
dei non operatur. quia dum perturbata  
mens iudicium sue rationis exasperat  
omne quod furor suggerit rectum pu-  
tat. Per iram luxurietas amittitur.  
sicut scriptum est. Sol non occidat su-  
per iracundiam vestram. que cum hinc me-  
ri iracundia profusionis tenebras incurrit  
et huic deus radii sue cognitionis ab-  
scondit. Per iram enim spiritus sancti splen-  
dore excludit. nam dum ira quietem men-  
tis subtrahit. suam spiritus sancto habita-  
tionem claudit. Cuius recessione animus  
vacuus ad apertam mox insaniam duci-  
tur. nam ire sue stimulis cor accensum  
palpitat. corpus tremat. lingua se pre-  
pedat. facies ignescit. exasperant oculi  
li. ore quidem clamorem format. sed sensus  
quid loquantur ignorant. Unde sic  
plerumque ut usque ad aptas manus ira  
profiliat. et quod ratio longe recedit. auda-  
cior exurgat. sequitur ipsius animus retine-  
re non valet qui factus est potestatis al-  
liene. et eo furor membra foras in ictibus  
exercet. quo intus ipsam membrorum  
dominam mentem captivam tenet. Ali-  
quando autem manus non exercit. sed in  
q. iij.

maledictionis iaculo linguam vertit. fratrisq; interitum precibus exposcit. et hoc deum perpetrare expedit. quod ipse puerus homo vel facere meruit vel erubescit. Sicque ut voto voce homicidium peragat. etiam cum a lesione proximi manibus cesset. Plerumque ira per silentium clausa intra mentem vehementius estuat. et clamorosas tacita ira voces format et verba sibi. quibus exasperet et obicit quasi in causa examinis posita durius exasperata respondet. Sicque fit ut perturbatus animus maiorem strepitum sui silentij sentiat. eumque grauius clausa ire flamma consumat. Sciendum vero est quod nonnulli ira citius accendit faciliusque deserit nonnullos quidem tarde commouet. sed diutius tenet. Alij autem quod est nequius et citius ira cunctis flammis accipiunt et tardius deponunt. Nonnulli vero haec tardius suscipiunt et citius amittunt. In quibus nimirum quatuor modis liquido lecto agnoscitur quod ad tranquillitatis bonum vltimus plus quam primus appropinquat. et malum secundum tertius superat. **E** Sed quid praestit quod iracundia quomodo mentem teneat dicimus si non et qualiter despicere debeat exprimitur. Duobus enim modis fracta possidere animam ira desuescit. Primus ut mens sollicita antequam agere quodlibet incipiat. omnes sibi quos pari potest otium et labora proponat. quatenus redemptoris sui probra cogitans aduersa se preparat que nimirum venientia tanto fortius excipit. quanto se cautius ex praesentia armavit. Qui enim improvidus ab aduersitate deprehendit. quasi ab hoste dormiens inuenit eumque inimicus eius citius necat qui non repugnantem proferat. nam qui mala imminencia per sollicitudinem praenorat. hostiles incursum quasi in insidijs vigilans expectat. et inde ad victoriam valenter accingit. unde nesciens

deprehendi putabat. Sollert etiam animus ante actionis suae primordia cuncta debet aduersa praemeditari. ut semper haec cogitans semper contra haec atrocitate parietie munitus et quicquid accesserit laudis superet et quicquid non accesserit laudis erum purer. Scimus autem seruande mansuetudinis modus est ut alienos excelsus aspiciamus. nostra in quibus malis excessimus delicta cogitemus. Considerans enim infirmitas propria mala excelsa aliena. patienter namque illata iniuriam tolerat. qui pie meminit quod fortasse habeat ipse tolerare et quasi aqua ignis extinguit. cum surgente furore cum sua cuique ad mentem culpa reuocat quod erubescit peccati non peccare. quibus vel deo vel proximo sepe se recollit peccando peccasse. **S** Sed inter haec sollertis sciendum est quod alia est ira quam impotentia excitat. alia quam zelus format. illa ex vitio ista ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret diuine aeternitatis imperium phinees per gladium non placasset. De hoc per psalmistam dicit. Fratres mei et nolite peccare. Quod nimirum non recte intelligunt. qui irasci nos nobis tantummodo non autem primis delictis quibus voluit. si enim sic primos ut nos amare precipimur. restat ut eorum reatibus sicut nostris victis irascamur. De hoc item psalmista dicit. Turbatus est praeterea oculus meus. Ira quippe per vitium excruciat mentis oculum. Ira autem per zelum turbatur quod quo saltem recta emulatione percutitur eorum nisi tranquillo corde percipiatur. preemplatio dissipatur. Ipse namque zelus rectitudinis quod in egritudine mentem exagitat. eius mox aciem obscurat. quae alioquin in commotione non videtur. quae bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alia reducitur. Unde ad tempus. ne videatur reuerberari. Ita ipsa recti emulationis. eternam possit parare

lulum tranquillitatem aperit. que hic interim per motum claudit. unde mens turbat ne videat. inde proficit ut ad videndum melius clarescat. Nonnumquam vero motum contemplatio iungitur nec preualet mens perturbata conspiciere ad quod vix valet tranquilla inhabitare. Sed cum per zelum animus mouetur curandum summopere est ne hoc eadeque instrumento virtutis assumitur in ira domine. ne quasi dominam preceat. sed velut ancilla ad obsequium para a rois tergo nequaquam recedat. etiam robustius praevitia erigit cum subdita rationi famulari. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat. si immoderata mentem vicerit rationi prius servire preternit et tanto se impudentius dilatat. quanto impatienter virtutem putat. unde necesse est hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur attendat. ne ita ex tra mentis dominum transeat. sed in vultione peccati modumque considerans surgentem animi perturbacionem subtilius pertractando restringat. aiositateque reprimat. et motus feruoros sub equitate disponat. et eo fiat iustior vltor alterius quo prior extitit victor suus. quatenus sic culpas corrigat delinquentium ut affi ipse qui corrigit per paciam crescat. et furor suum transcendendo diiudicet. ne impantem excitatus ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine aberrat. **Dec** greg. In his igitur dictis sanctissimi viri duplicem iram esse audivimus. Una impatientia excitet. Alia quam zelus format. Prima est viriosa. scda est meritoria. si actus suos cum discretionem et timore domini per secura fuerit. nam si zelus ire defuerit. nec doctrina sufficet. nec crimina respiciunt. et non solum malum inuitat. **Testat** hoc beatus crisostomus super matth. sic dicens. **Ira** namque

si non fuerit. nec doctrina proficit. nec iusticia stat. nec crimina respiciunt. **Ira**que qui cum causa occurrit si non irascitur peccat. **Patientia** enim irrationabilis vitia seminat. negligentiam nutrit. et non solum malos. sed bonos ad malum inuitat. **hec** crisostomus. **Sciendum** quod sunt nonnulli qui quidem diuersis virtutibus sunt preediti. ad zelum tamen animarum nimis sunt pigri et peccantes quosque quasi ob custodiam humilitatis increpare non presumunt. vel ne caritatem perturbare videantur. delinquentes arguere metuunt. **Conuerso** sunt nonnulli qui hoc quod agunt in spiritu furoris agere se arbitrantur spiritu rectitudinis. et quexeraciter exequuntur odio hominum exercere se putant vel simulant odio viriorum. **De** talibus richardus de sancto victore in tracta. super benya. sic dicit. **Quos** multos videmus spiritu pauperes. spe gaudentes. caritate feruentes. multum abstinentes. ad modum patientes. ad zelum tamen animarum nimis tepidos. multumque torpentes. **Alii** quasi ob custodiam humilitatis delinquentes increpare non presumunt. **Alii** ne caritatem fraternam perturbare videantur. peccantes arguere metuunt. **Contra** multi quod absque dubio agunt in spiritu furoris agere se arbitrantur zelo rectitudinis. **Et** que veraciter exequuntur odio hominum exercere se putant. vel simulant odio viriorum. **Sed** quos se ipsos interrogent. utrum in veritate diligant quos quasi instigante zelo tamen acerbe castigant. **Illi** enim pietate potius quam crudelitate delinquentes persequi credendi sunt. qui interna illa gaudia ad que eos tot doloribus inuicant per experientiam nouerunt. **Uens** autem que caritatis adhuc et interne suauitatis expressum est rectitudinis normam in suo zelo minime seruare potest. **Caritas** enim docet quomodo tractare oportet quos zelus castigat.

De richardus. Notandum etiam quod reddere malum pro malo est fragilitatis sicut fecit ioab quoniam interfecit abner interfectorem fratris sui azabael. Sed reddere malum pro bono est pueritatis. sicut fecit iudas tradendo dominum. Reddere autem bonum pro malo est perfectionis. sicut fecit sanctus stephanus quoniam pro inimicis oravit. Reddere vero bonum pro bono est equitatis. sicut fecit assuerus quoniam mardocheum honoravit. **D** Sciendum ultimo quod filie ire sunt sex. videlicet impatientia. discordia. rixa. contumelia. iniuria. perueria. malicia. malignitas. furor. clamor. indignatio. blasphemia. homicidium. Impatientia autem est impetuosi animi motum non refrenare. Discordia vero est aliquorum dissensio. quos prius amoris vinculum colligauerat. Discordia autem vel litigare valde est reprehensibile. quod secundum beatum augustinum. Nichil est similis actibus demonum quam litigare. Rixa est motus ex discordia factus. Contumelia est voluntas se vindicantis per probationem malorum. vel per verborum iniurias. Iniuria est verbo vel facto cum aliquo iniuste facem. Perueria est subitaneo motu in verba obiecta obrumperere vel prumperere. Malicia est qua quis damnum alicui molitur. Malignitas est mala voluntas hominis cum ultra non possit. Furor est intempera tempestas animi rationem prohibens. Clamor est voluntas se vindicantis in exaltando vocem per vituperium ad aliorum aures perueniens. Indignatio est voluntas se vindicantis per signum molestie exterius declarata. Blasphemia est voluntas se vindicantis per obprobrium deo et sanctis oblata. Homicidium est actuali voluntate in mortem alterius moliri. Sic igitur patet et habemus de vitio ire.

Filius.

Post explanationem de vitio ire nunc de vitio accidia et quid ipsa sit cupio informari.

Ca. IX. Pater. F.

**A**ccidia ut dicit beatus gregorius est de virtute laudabili exercitio vtriusque hominis languida deiectione. Item secundum hugonem de scripto victo. Accidia est in perfusione mentis nata tristitia siue tedium et amaritudo animi immoderata. qua iocunditas spiritualis eriguntur et quadam desperatione in semetipsa subuertitur. Est autem accidia animi torpor quo quis aut bona negligit inchoare. aut inchoata implere fastidit. Sunt autem duo nomina huius vitii. scilicet tristitia et accidia. quorum nominum hoc est ratio. quod in peccato isto est auersio a spirituali bono. quod estimat grave sicut ieiunare vigilare et huiusmodi et ratione huius dicitur tristitia. Est etiam ibi peruersio ad creaturam. scilicet ad quietem. que estimat leuis. et ratione huius dicitur accidia. Pater ex his quod hoc vitium per vocatur tristitia opponit leticie spirituali. que est in exercitio spirituali sed prout vocatur accidia opponit fortitudini que consistit in aggrediendis arduis et sustinendis aduersis. quod per ea habet minima tedium de omni spirituali difficultate. **C**irca quod notandum quod si aliquis voluntarie se subdit obedientie et precepto et tamen tristetur de aliquo opere afflictivo. et laborioso. eo quod propter hoc sentiat aliquam corporalem grauitatem sicut contingit in ieiunijs. vigilijs et ceteris castigationibus corporis. Sed tamen prout valet quibus cum difficultate illa que prius voluntarie susceperat exequitur. talis tristitia non est sed de exteriori malo. vnde etiam et martires dicunt in lacrimis seminasse et re

statu hoc beatus thomas de aquino sic  
 dicens. Si quis voluntarie implens  
 obiam vel pceptu tristef de aliquo ope  
 re afflictivo vel laborioso. talis tristitia  
 non est accidia. qz non est de interiori  
 bono sed de exteriori malo. Unde et  
 martires dicunt in lacrimis seisse vt  
 augu. exponit. Nec illa tristitia passio  
 nis est accidia. qz no est de interiori bo  
 no sed de exteriori malo. **Hec tho.** Si  
 aut preualente tristitia ex aliqua neg  
 ligentia seu incuria hois nequa qz oppri  
 mit affectus et deliberato animo et non  
 resistere omittit bonuz opus ad quod  
 quis tenet. tunc talis tristitia sine ac  
 cidia habet culpa. **¶ De hoc idē**  
**thomas dicit.** Tristitia dicitur oē aggrauans  
 inquantu opprimat affectu ne insurgat  
 ad bene operandum. et hęc aggrauatio  
 tristitie in bonis magis hz rōnem cul  
 pe qz pene. qz eius principiu ex nobis  
 est. **Hec thomas.** Un resistendū est acci  
 die. nec ppter hōi vitiū obmittendū  
 est opus bonū et illa que pntinent ad sa  
 lutem. **Tam per pctm puocat deus et**  
**mun? sue gratie subtrahit his qui ad**  
**celestia regna querēda fuerint accidi**  
**osi.** **Testat hoc beatus fulgē.** qui dicit.  
**Fugant angeli. irritat deus. subtrahi**  
**tur dei munus. duz animus humanus**  
**ad celestia accidiosus fuerit et infirm?**  
**Hec ille.** Qui igit vult assequi premi  
 um future glorie excutiat pigricia seu  
 accidia a se et in bonis operibz se exer  
 ceat. qz multi sunt qui regnare quidē  
 desiderant cum xpo. sed laborē nolūt  
 subire. p xpo. **De talibz beda sic dicit**  
**¶ Vult et non vult piger.** Recte pigri vo  
 cabulo tenorā. qui vult regnare et nō  
 laborare p deo. delectant pnia cū pol  
 licent. deterrēt certamina dum terrē  
 tur. **Et beatus bernar.** dicit de eodē. qz  
 pauci post te o dñe ire volunt. cum ta  
 mē ad te peruenire nemo sit qui nolit.

hec scientibz cunctis qz delectationes  
 sunt in dextera tua vsqz in finem. et p  
 terea volunt omnes te frui. ac non ita  
 te imitari. regnare cupiunt sed non  
 pati. non curant querere querū de si  
 derant inuenire. cupientes psequi sed  
 non sequi. **Hec bernar.** Cupientes igit  
 efficaciter has pmissas dñi delectatio  
 nes. tunc cauenda est valde accidia.  
 qz de ipsa pcedit tepiditas que ho iem  
 ad multa incongruentia perducit. nā  
 tepiditaz est leticia remissa. breuis et ra  
 ra p punctio. tepida puerfatio. obediē  
 tia sine deuotione. oratio sine cordis in  
 tentōe. lectio sine edificatōne. amant  
 enim terrenas p solatōnes et suas affe  
 ctiones raro in deū dirigunt. **Unde ber**  
**nardus.** Perniciosa tepiditas ido fu  
 gienda. nam tepiditaz remissa ē leticia  
 pusillanimis tristitia. quoz breuis ra  
 ra p punctio. animalis cogitatio. tepid  
 ita puerfatio. quoz obedientia sine de  
 uotōe. sermo sine circūspetione. ora  
 tio sine cordis intentōe. lectio sine edi  
 ficatōe. **Quos teniqz vt videmus vix**  
**gelonne metus inhibet. vix pudor col**  
**hibet. vix frenat ratio. vix disciplina**  
**coercet.** **Huiusmodi autem si diu ita**  
**permanerint sub onere. aut opprimū**  
**tur et succūbunt. aut quodam modo in**  
**inferno sunt et nunqz ad plenum respi**  
**rant in lucez miserationū domini. nec**  
**in libertatem spūs. qui solum facit ius**  
**gum suaue et onus leue.** **Unde autē per**  
**niciosa tepiditas emanat. quia volun**  
**tas eorum nōdum purgata est. nec bo**  
**num sic volunt vt nouerunt a ppria seu**  
**piscencia abstracti et illecti.** **Amant em**  
**in carne sua terrenas p solatiūculas.**  
 inde est qz raro affectōes suas in deū  
 dirigant. et eoz p pūctio nō est p rina  
 sed horaria. **Impleri autē visitatōibz**  
**dñi anima que his distractionibz sub**  
**iacet non potest. et quanto magis illis**

euacuabit tanto amplius istis implebit. Non enim spiritus et caro et tepiditas in uno domicilio morantur. praesertim cum ipsa tepiditas soleat domino committum promouere. huc beatus bernardus.

**N** De tristitia etiam sciendum quod valde periculosa est nam cum animum occupat multa mala inducit. Orationes namque explere cum alacritate non finit. facit lectionem intendere prohibet. tranquillum et mitem fratribus esse non patitur ad cuncta opera virtuosa impatientem et asperum reddit. Interdum etiam nullis causis exigentibus quodam merore deprimunt. Sed huic vitio resistendum est sicut fornicationi vel ceteris vitiis. que tot mala eam patientibus solet inferre. De hoc dicit cassianus in quibusdam collationibus patrum. Edaces tristitiae stimuli retundendi sunt. que si passim per singulos incursum et incertos ac varios casus obtinendi animi neminem habuerit facultatem. ab omni nos separat diuine contemplationis intuitu. Non orationes explere cum solita cordis alacritate permittit. non sacrarum lectionum remediis incumbere. tranquillum quoque ac mitem fratribus esse non patitur et ad cuncta operationum vel religionis officia impatientem et asperum reddit. Interdum etiam nullis existentibus causis inimici sublimis instinctu magnope repente merore deprimunt. **E**st etiam aliud deestabile tristitiae genus. quod desperatio neminem a se mittit delinquentem. quod nec chanaan post fratricidium permittere. nec iudam post traditionem domini sed illa tristitia que penitentiam ad salutem stabilem operatur. obediens est. et affabilis mansuetra et humilis ac patiens utpote ex caritate dei procedens. Quapropter absque illa que per penitentiam saluari vel per studio perfectionis seu per desiderio suscipitur futurorum. omnis tristitia tamquam seculi et

que mortem inferret equaliter repellenda est sicut fornicationis spiritus seu perbiae largie vel ire. hoc enim modo vniuersarum tristitiarum genera valebimus superare cum eternarum rerum ac futurarum intuitu semper leti nec casibus deiectionis presentibus nec prosperis fuerimus elati. utraque velut caduca et mox transeuntia contemplantes. huc cassianus. Dicit de hoc iohannes abbas montis sinai. Qui cecidimus. contra tristitiae demonem pre omnibus pugnemus. ipse enim tempore orationis assistens. ab oratione euacuare nos vult. Beatus etiam bernardus. tristitiam et pusillanimitatem. que ex illa oratione mouet cauere sic dicens. Oportet pusillanimitatem et tristitiam in omnibus. que agenda sunt tolerandam cauere. quia byla rem datorum diligit deus. Nec tunc quis pusillanimitate spiritus. hoc enim quantum per laborat aduersarius noster vel holocaustum nostrum deuotionis pigritudine euacuet. et ut minus acceptus sit deo. et conscia nostra spirituali gaudio minus exhiberet. sicque de pusillanimitate tolerantie etiam conscientie pusillanimitas generetur. huc bernardus. **S**ciendum quod accidia habet plurimas filias ut sunt iste. torpor animi. desidia. pigritia. pusillanimitas. negligentia. imprudentia. incircumspectio. ignauia. rancor. desperatio. euagatio mentis circa illicita. Torpor autem est quo quis aut bona negligit inchoare aut inchoata implere fastidit. Desidia est legitimes que bona aggredi formidat. Pigritia. est mentis inertia vel animi fatigatio que quis presumere fastidit inchoatum. Pusillanimitas est animi angustia. que quis timet aggredi magna. Negligentia est torpor animi. quo quis minus diligens est et equi. quod deberet. Impudentia est mentis obtenebratio. qua quis minus est prouidus in prouidendo preterita vel fu-

tura. Incircumspectio est animi vitiū quo quis minus caute discernit perari etatē vitiōꝝ. vt si quis vitans anarici am incidit in pdigalitatē. Ignauia ē vitiū animi quo quis in nullo ope adhibet tebitā discretionē. Rancor ē in ueteratū odium. Desperatio est diffidentia de diua misericōdia ppter defectuz meritorū. Diffidentia aut meritorū mater est diffidentie ptemiorū. Euagatio mēris est circa illicita. qñ homo absoꝝptus est tristitia ⁊ non habens in se vnde delectet euagat ad omnia qrens delectatōem. ⁊ sic pꝝ de vitiō accidit.

Filius.

**D**ostq̃ informatus sum de vitiō accidit. nunc de peccato auaricie cupio edoceri.

Ca. X. Pater.

**S**ire debes qd auaricia vt ait tullius. est immoderatus amor habendi. Item auaricia sm beatum bern. est quarumlibet rez insatiabilis ⁊ inhonesta cupido. Est etiā auaricia pestis cum cupiditate acquirēdi vel retinēdi diuitias. ⁊ honores ⁊ sciam Item auaricia scōm apostolū dꝝ ydoloꝝ seruitus. qz homo elatus exhibet creature quod debet creatori. s. fidem. spem ⁊ dilectiones. hoc enim auari exhibent pecunie. In hoc ergo specialiter reprehendunt isti qui rei vilissime amorē suum exhibent. s. pecunie que de terra tollit. quā creaturā deus infimā ordinauit. De hoc Inno centius etiā sic dicit. Auaricia sm apostolum est ydoloꝝ seruitus qz sicut ydolaria seruit simulacro. sic auarus thesauro. nā ille cultū ydolatrie libenter ampliat ⁊ iste cumulū pecunie libenter augmentat. Ille cū omni diligētia colit simulacrū. ⁊ iste cum oī cura thesaurum custodit. ille spem ponit in ydoloꝝ

ria. ⁊ iste spem pstituit in pecunia. ille timet mutillare simulacrū. iste timet minuerē thesaurū. hxc innocen. Et notandum q auaricia non solū est in appetitu auri ⁊ argenti. sed in omnibꝝ rebus que inordinate cupiunt debet intelligi. Unde beatus aug. Auaricia quippe nō in solo argento ⁊ auro vel in nummis sed in omnibꝝ rebꝝ que cupiunt inordinate intelligenda. Ubicunqꝝ plus oīno vult quisqꝝ q̃ satis est. hxc autem auaricia cupiditas est. cupiditas vero improba voluntas est. ergo improba voluntas maloz omnū est causa. De ambro. De eodē etiam dicit ysaac abbas syrie. Qui cupiditate ligatus est seruus vitiōꝝ existit. Et ne putes q sit cupiditas questus tm modo auri ⁊ argenti. sed oīs rei cuiuslibet in qua voluntas tua pendet. hxc ysaac. Nec est autē vt animus huic vitiō viriliter resistat anteqꝝ pꝝualeat. qz quē auaricia possidet hic satiari nunqꝝ diuitis p̃t. Unde august. Auarus vir inferno similis est. Infernus em̃ quanto scūqꝝ deuorauerit nunqꝝ dicit satis est. Sic ⁊ si omnes thesauri pfluxerint in auarū. hxc augu. Tales igit auari qui sic res transitorias diligunt tanto magis affliguntur cū eas perdunt. quanto validius ⁊ tenacius eas prius amauerūt. Quod pbat ysidorus sic dicens. Qui plusqꝝ oportet res transitorias diligunt. maiorem sibi ingerunt dolorem res ablata q̃ amorē pꝝtebant possesse. Graui enim dolore amittunt que cum magno amore habent. minus aut carento dolemus que minus possidendo diligimus. hxc ysidorus. Unde calcanda est auaricia siue cupiditas que suos amatores ita affligere solet. ⁊ se diligētes vt ita dicā magis vorare q̃ portare cōsuevit. De hoc beatus august. sic dicit. Pꝝsens seculū est quasi mare. ventus

magnus et tempestas valida. in mari  
 unicuique sua cupiditas est. Amas teum  
 ambulas super mare sub pedibus tuis est  
 seculi timor. Amas seculum absorberet.  
 amatores enim suos vorare novit non por-  
 rare. Sed cum cor tuum fluctuat cupidita-  
 te inuoca christi diuinitatem. Cupiditas  
 autem nihil aliud est nisi amor re-  
 fructuum. Cupiditatis vero minuende in-  
 icium est deum timere. qui solus time-  
 ri sine amore non potest regnat autem car-  
 nalis cupiditas. ubi non est dei cari-  
 tas. hec augustinus. Amoueamus ergo a no-  
 bis cupiditatem. ut deo adherere vale-  
 amus per caritatem. quod dicit beatus gregorius.  
 Auctori nostro aliter inherere non vale-  
 mus nisi cupiditatem a nobis que est  
 omnium malorum radix abscindamus.  
 hec gregorius. Tanto namque vnusquisque dis-  
 similiores est deo quanto fuerit in rebus  
 temporalibus cupidior. quod sicut caritas facit  
 hominem similem deo sic cupiditas dis-  
 similem. Quod probat beatus augustinus. sic  
 dicens. Quanto homo similiores est deo  
 tanto fit ei propinquior. quod nulla est  
 alia ab ipso longinquitas quam eius dissi-  
 militudo. tanto autem est ei dissimiliores  
 anima quanto rerum temporalium mu-  
 tabiliumque cupidior. **R** Ex hoc  
 dicto excipiuntur duo documenta. Pri-  
 mum est quod perfectio humana consistit in  
 assimilatione diuina. Secundum quod  
 cupiditas opponitur caritati. quod sicut per  
 caritatem homo fit deo summe similis  
 ita per cupiditatem maxime dissimilis.  
**Q**uicunque etiam laborat per temporalibus  
 diuitiis ut post ademptionem illarum  
 se libere possit tradere luxurie et alijs la-  
 scijs. hic talis efficitur habitaculum spi-  
 ritus maligni. probat hoc beatus greg-  
 orius sic dicens. Demonum habita-  
 culum fit quisque in hoc seculo. qui pro-  
 ter diuitias et honores laborat. quas  
 postquam consecutus est. tradit luxurie. ut

que auaricia congregauit luxuria consti-  
 mit. hec gregorius. Princeps autem huius  
 mundi videlicet diabolus efficitur foras  
 quando ex toto corde renunciat huic  
 mundo. quod vincunt inuisibiles potesta-  
 tes. scilicet maligni spiritus quam in nobis vin-  
 cunt visibiles cupiditates. De hoc dicit  
 beatus augustinus. sic. Princeps huius  
 mundi missus est foras ab animis eorum  
 qui colunt verbum dei et non diligunt  
 mundum. cuius ille princeps non. quod  
 ipse dominus est huius mundi. Sed  
 princeps cupiditatis eorum. quibus con-  
 cupiscit omne quod transiit. ut ei subiac-  
 eant qui negligunt eternum deum propter  
 instabilia et visibilia et mutabilia. **R**  
 dixit enim omnium malorum cupiditas. mitti-  
 tur diabolus foras. quando ex toto cor-  
 de renunciat huic mundo. ibi vincuntur  
 inimici nobis inuisibiles potesta-  
 tes. ibi vincunt visibiles cupiditates  
 et ideo quod si in nobis finet vincuntur  
 temporalium rerum cupiditates necesse est  
 ut in nobismetipsis vincamus et illos  
 qui per illas cupiditates regnat in hoc  
 hec augustinus. Unde resistendum est auaricie  
 ne dominetur sed potius ut ancilla sub-  
 dita sit domini. **U**bi seneca. Pecunie  
 impare non seruire. Pecunia si vult  
 ancilla est. si nescis domina. Si etiam  
 ancilla habueris necesse est. ut ter-  
 metipsum aut pecuniam vilem habeas. hec  
 seneca. **S** Dicitur etiam in ecclesiasti-  
 co. quod autem nihil est scelestius et hoc pro-  
 pter quatuor causas. Primo quod omnia  
 fere scelera per auariciam perpetrantur. ut fur-  
 ta et homicidia et homicidia. Secundo contra  
 legem est nature. Unde dicitur luce. Quis-  
 cumque vultis ut faciant vobis homines etc.  
 Tercio quod contra legem scriptam. **U**n-  
 de luce. Estote misericordes sicut et pater  
 vester celestis misericors est. Quarta  
 quia est contra legem vniuersalem  
 que est in omnibus rebus. que repelluntur

se dare. Avarus vero captivas detinet res ne se communicare possint.

**U**ltimo notandum quod he sunt filie avaricie, videlicet symonia, usura, furtum, perjurium, mendacium, rapina, inquietudo, violeria, dolus, fallacia, fraus, proditio, obstinatio, iniustum iudicium. **S**ymonia est studiosa cupiditas emendi vel vendendi spiritualia vel spirituali annexum.

**U**sura est studiosa cupiditas recipiendi aliquid ultra sortem vel ubi amplius requiritur quam datur. **F**urtum est usurpatione latentis rei inuito domino. **P**erjurium est mendacium iuramento firmatum, quod sepe fit in emptione et venditione.

**M**endacium est vocis false significatio cum intentione fallendi. **R**apina est violenta predatio rei aliene. **I**nquietudo est alicuius iniusta motio. **V**ioleria est que fit alicui nocendo palam per acta mala. **D**olus est fraudulenta deceptione in occulto. **F**raus est deceptione per facta que fit in presentia illius qui decipitur.

**P**roditio est idem quod deceptione que fit in absentia decipri. **O**bstinatio est pertinacia in malo. **I**niustum iudicium est iniuste sine plerumque ex timore vel cupiditate pecunie promulgare. **F**ilius.

**A**bita informatione de peccato avaricie, nunc de peccato gula cupio edoceri. **E**t primo quid sit gula.

**Ca. XI. Pater. Q**

**G**ula ut dicit beatus augustinus, est immoderata cibi aviditas. Item secundum hugonem de sancto victore. Gula est immoderatus appetitus edendi. Item gula vorax edacitas nature finibus non contenta. **N**otandum autem quod humana natura bene quidem ab initio condita propter lapsus primi hominis in magnam miseriam cecidit.

et propter hoc multis necessitatibus oppressa, nihil in hac vita nisi ut affligeretur invenit. **U**nde cum necessitatibus nostris plusquam expedit deseruimus merito curam negligimus, et miserie nostre infirmitatis supradimus squalorem culpe. **U**nde sancti viri in omni quod agunt seipsum studioso discutunt, ne quid ab eis plusquam nature sue infirmitas requirit exigant. **E**t contra pravi non solum in nature necessitatibus non sunt contenti sed victi delectatione carnali etiam in voluptate gulae ac ceteris virtutibus se immergunt.

**D**e hoc beatus gre. xx. moras sic dicit. **N**atura igitur humana bene condita sed ad infirmitatem vitio voluptatis lapsa in calamitatem cecidit, quia pressa innumeris necessitatibus nihil in hac vita nisi unde affligeretur invenit. **S**ed tamen eis deus nature necessitatibus plerumque plusquam expedit deseruimus, mentisque curam negligimus ex miseria negligentie infirmitati nostre addimus squalorem culpe. **N**ecessitates namque naturales hoc habere valde periculosum solent, quod sepe in eis minime discernitur quid circa illas per vitiositatis studium quid per voluptatis vitium occurrat, crebro enim occasione seductionis inuenta dum necessitati debita reddimus voluptatis vitio deseruimus, et infirmitatis velamine aut discretiois oculos excusatio nostra palliat, ac quasi sub patrocinio explende vitiositatis occultat, infirmitatem vero nostre nature per negligentiam laxare nihil aliud est quam calamitatis miseriam addere, ac vitio squalorem ex eadem miseria multiplicare. **U**nde sancti viri in omni quod agunt studiosissima intentione discernunt, ne quid ab eis plus nature sue infirmitas quam sibi debeat exigat, et ne sub necessitatis tegmine in eis vitium voluptatis excrescat. **A**liud enim ex infirmitate, aliud ex temptacionis fugit.

gestione sustinent. et quasi quidam re-  
ctissimi arbitris inter necessitatem vo-  
luptatemque constituti hanc consulendo  
subleuant illam premendo frenant. Un-  
de fit ut si infirmitatis sue calamita-  
tem tolerant tamen ad squalorem mis-  
erie per negligentiam non descendant.  
at contra pravi gaudet in his corrup-  
tionibus suis ac necessitatibus que nimi-  
um eos ad usum voluptatis retorquet  
cum enim reficiendis cibo corporalibus  
nature seruiunt pro delectatione gule  
in voluptatis ingluvie descenduntur.  
Cum regendis membris vestimenta  
querunt. non solum que tegunt sed etiam  
que extollunt appetunt et contra torporez  
frigoris non solum que per pinguedi-  
nem muniunt sed etiam que per molli-  
ciem delectent. Et non solum que per  
molliciem tactum mulceant sed et que  
per colorem oculos seducant. hec gre-  
gorius. **X** Sciendum etiam est  
quod nequaquam aliquis ad spiritualis a-  
gonis certamen surgere potest. nisi ho-  
stis prius interior videlicet appetitus  
gule fuerit edomatus. Quia nisi quis  
ex ea que magis sunt vicina persistat.  
ad ea que longius sunt expugnanda non  
preualebit. Nec merebitur grauioribus  
pugnans nequitiam celestium experiri.  
si carnem fragilem resistentem spiritui  
nequiverit subiugare. qui enim gule su-  
perfluos appetitus cohibere non potest. quo-  
modo valebit carnalis concupiscentie  
estus exringuere. Et qui non valet pas-  
siones homini copescere. qualiter poter-  
int occultas temptationes debellare  
quibus plures enim ordinem certaminis ig-  
norantes edomare gulam negligunt. et  
tamen ad spiritualia bella surgunt. qui aliquando  
etiam multa que magne fortitudinis sunt  
faciunt. sed dominante gule vitio. per  
carnis illecebrosam omnia que fortiter egerunt  
perdunt. Et dum venter non restringit

per carnis concupiscentiam videlicet per  
luxuriam simul cuncte virtutes obru-  
untur. De hoc beatus gregorius. xxx. mor-  
tal. exponens illud dictum Clamores  
exactoris non audit sic ait. Quis intel-  
ligi exactor alius nisi diabolus potest  
qui semel iam paradiso homini male per  
suasionis nummum perstulit. et quoridie  
ab eo huius debiti exigere reatum que-  
rit. huius exactoris sermo est persuasio  
male inchoatio. huius exactoris cla-  
mor est iam non leuis sed violenta tem-  
ptatio. hic exactor. id est temptator loqui-  
tur cum leuiter suggerit. hic exactor cla-  
mat cum fortiter temptat. Clamorem  
exactoris non audire est violenter tem-  
ptationum motibus minime consentire.  
audire enim si ea que suggerit faceret si-  
cum peruersa agere despicit recte dici-  
tur clamorem exactoris non audire. non  
nulli vero hoc loco per exactorem ventrem  
intelligi volunt. ipse namque a nobis quod-  
dam debitum exigit. quod quoridie in  
fructum sibi humani laboris impendit  
etiam per naturam querit. Abstinentes  
igitur viri. qui dum violentia gule de-  
terea reprimunt. quasi clamantis ex-  
actoris verba preternunt. sed cum continent  
viro contra innumera vitia multa vit-  
tutum certamina suppetunt. cur sub ex-  
actoris clamore contempto de solo hic  
ventre dicitur quod eius imperium impulsus  
restringit. nisi quod nullus palma spiritualis  
certaminis apprehendit. que non in semet-  
ipso prius passivam mentis vel ventris  
concupiscentiam carnis incentina deinceps  
rit. Nec enim ad spirituum spiritualis ago-  
nis surgit. si non prius intra nosmet-  
ipsum hostis positus gule vis appetitus  
edomat. quod si non ea que viciniora nobis  
sunt persistimus. nimirum iamiter ad ea  
que longius sunt impugnanda transimus.  
In cassum namque contra exteriores inimicos  
in campo bellum gerit. si intra ipsa vit-

**Liber** II **Dist. I** **Ca. XI**

bis membra cuius infidias habet. mens  
quoque ipsa certantis sub graui perfusio  
nis de decore a spiritualis certaminis con  
gressione repellit. quoniam infirma in car  
nis plio gule gladius profusa superatur.  
nam cum se parnis pfermi respicit. pfi  
gere maioribus erubescit. Nonnulli vero  
ordinem certaminis ignorantes et oma  
regulam negligunt et ad spiritalia bella  
purgunt. qui aliqui etiam multa que  
magne sunt fortitudinis faciunt. sed do  
minare gule vitio per carnis illecebros  
omne quod fortiter egerint perdunt et dum  
venter non restringit per carnis cupi  
sentiam simul cuncte virtutes obveniunt.  
Unde et nabuchodonosor vincendi scri  
bit. princeps cocorum destruxit muros  
iherusalē. Quid enim per muros iheru  
salē significans scriptura exprimit nisi  
virtutes anime que ad pacis visionem  
tendit. Aut quis cocorum princeps nisi  
venter accipit. cui diligentissima a co  
quentibus cura seruit. Muros igitur ihe  
rusalē princeps cocorum destruit. quod vir  
tutes anime dum non restringit. venter  
perdit. Hinc est quod paulus contra membra  
iherusalē decertanti vires cocorum prin  
cipi subtrahat cum diceret. Castigo  
corpus meum et in seruitutes redigo etc.  
Hinc etiam promisit dicens. Sic cur  
ro non quasi in incertum. sic pugno non  
quasi aerem verberans. quia cum carne ip  
se restringimus prouidentie nostre ictu  
bus non aerem sed inimicos spiritus ver  
beramus. Et cum hoc quod intra nos est sub  
icimus. extra positis aduersariis pu  
gnos damus. Hinc est quod rex babilo  
nis cum succendi fornacem iuberet. napte  
stippe picis et malleole ministrare con  
gerie precepit. sed tamen abstinentes pue  
ros hoc igne mime sumit. quia anti  
quis hostis licet innumeras ciborum con  
cupiscentias nostris obtutibus opponat.  
quibus libidinis ardo crescat tamen bonis

mentibus spiritus superni gratia infibilat.  
et a carnalibus cupiscentie estibus ille  
se perdurat et si usque ad temptacionem  
cordis flamma ardeat. usque ad sensum  
tamen temptatio non exurgat. hoc gre  
gorius. De hoc dicit cassianus in col  
lationibus patrum. Impossibile inquit  
est extinguere ignem corporis incertum pri  
usquam ceterorum quoque principium viri  
orum fomites radicibus excidant. pri  
ma nobis calcanda est gule cupiscenti  
ria. et eousque extenuanda mens non so  
lum ieiunio et etiam vigiliis. lectioe  
quoque et crebra punctione donec eius  
modi meditationibus occupata piter et  
possessa ipsius sibi refectioe non tam  
iocunditari cessam quam oneris vite si  
bi impostam recognoscat. illud enim  
est cunctarum luctantium fundamentum  
ut primitus carnalium desideriorum ince  
rtum perimant. Non enim merebimur  
mentis robore perquisito grauius pu  
gnas nequiciae celestium experiri si car  
nem fragilem resistentem spiritui nostro  
subiugare nequimus. Qui enim gule  
superfluos appetitus inhibere non potu  
it. quomodo estus carnalis cupiscentie  
valebit extinguere. et qui nequiverint  
passiones huiusmodi perescere. quali  
ter occultos nullosque hominum teste pru  
rientes poterit debellare. non enim est  
nobis aduersarius extrinsecus formi  
dandus. in nobis ipsis hostis est inclu  
sus. intestinum nobis quotidie ingerit  
bellum. deuicto eo omnia que forinse  
cus sunt reddent infirmi ac militi christi  
vniuersa pata erunt et subdita. De vi  
tio gule etiam dicit Johannes abbas  
montis sinai in tractatu de xxx. gradi  
bus sic. Gula est preparatio deliciarum  
delectantium. perditrix delectationis fons  
libidinis. Gula est ciborum satietas. pa  
ter fornicationis. tribulatio vero ven  
tris. perculatio est castitatis. Qui suum

# Lib. II. Dist. I. Ca. XI.

Ventrem fouet et nutrit et prendit spiritum vincere fornicationis. simul est volentis cum oleo incendium extinguere. Si spondisti christo iherosolimam et ardua ambulare vias. angusta ventrem. Dies ieiunantis orat vigilanter et sobrie. non abstinentis vero replet ydolis imundis in mensa alimentorum recumbens ad refectioem affer in medium memoria mortis et iudicii poculum bibens. christi regis domini fellis et acceti non cesses memozari. et penitus aut abstinere aut suspirabis aut sapere magis humile facit. lxx iohannes. **A** Notandum vero est quod quinq; modis peccat circa gulam. Primo cum quis horam comediendi puenierit et hoc sepius fit propter impatientiam expectandi tempus debitum. Secundo cum quis querit cibaria preciosa et delicata. de quibus. **Qui diuis.** Est virtus placitis abstinuisse cibis et sic peccauit diues ille. qui epulabatur quotidie splendide. Tercio quando mensura excedit. scilicet nimis petendo. Pro quo sciendum quod hoc quod vni est mensura debita hoc alteri est excessus. **U**n mensura non constat in cibi quantitate. sed in comedendi qualitate. Quarto quando quis nimis ardentem vel festinanter comedit. non enim ciborum usus sed concupiscentia in vitio est. Quinto quando nimis studiose quis preparat sua cibaria. **U**nde bernardus. Non sapores sed fames excitet appetitum. In omnibus his sumenda sunt duo non que voluntas sed que requirit necessitas. **C**onringit etiam esse peccatum circa diminutionem cibi sicut circa superfluitatem. hec et alia de vitio gule. **B**eatus gregorius. xxx. moral. commemorat sic dicit. **S**ciendum quod quinq; modis vitium gule temptat. Aliquando namque indigentia tempora preuenit aliquando oportuna non preuenit. sed cibos lauciores

querit. aliquando cum quolibet sumenda sunt preparari accuratius expectat. Aliquando autem qualitati ciborum et tempori conuenit. sed in ipsa quantitate sumendi mensuram refectioem excedit. **N**onnumquam vero et abiectus est cibus quem desiderat. et tamen ipso estu immensi desiderij teretius peccat. **M**ortis quippe sumas partem ore ionarbas meruit. quod in gustu melioris constitutum edendi tempus anteceperat. **E**x egipto populus eductus in heremo occubuit quod respecto manna. cibos carnum peccat quos lauciores putauit. **E**t prima filiorum hely culpa orta est. quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo more coctas velle de sacrificio carnes accipere sed crudas. quod accuratius exhiberet. **E**t cum iherosolimita dicitur hec fuit iniquitas zodome fororis tue superbia saturitas panis et babundantia. aperte ostendit quod idcirco salutem perdidit. quod cum superbie vitio mensuram moderate refectioem excessit. **E**t primogenitorum gratiam Esau amisit. quod magno estu desiderij vilem cibum. id est lenticulam concupiuit. quam dum emens etiam primogenitis promittit quo in illa appetitu anxietate indidit. **N**eq; enim cibus sed appetitus est in vitio. **U**nde et lauciores cibos plerumque sine culpa sumimus. et abiectiores non sine reatu conscientie degustamus. hinc quippe quem diximus Esau primatum per lenticulam perdidit. **E**t helyas in heremo virtutem corporis carnes edendo seruauit. **U**nde et antiquus hostis. quod non cibum sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit. et primum sibi hominem non carne sed panno subdidit et secundum non carne sed pane temptauit. hinc est plerumque quod culpa dimittit etiam cum vilia et abiecta aut uide sumunt. **E**a utique sumenda sunt que nature necessitas requirit. et non

que edendo libido suggerit. Sed mag-  
nus discretionis labor et huic exacto-  
ri. et aliquid impedere et aliquid tene-  
gere. et non dando gulam restringere.  
et dando naturam nutrire. Que forta esse  
discretio subinfertur cum dicitur. Clamores  
exactoris non audit. Sermo namque hu-  
ius exactoris est necessaria postulatio na-  
ture. Clamor vero eius mensuram neces-  
sitaris transiens appetitus gule. Dic ita-  
que huius exactoris sermonem audit. cla-  
morem non audit quod discretus vir ac co-  
tinens et usque ad tripandam necessitatem  
ventrem reficit et voluptatem restringit.  
**S**ciendum vero est quod sic volup-  
tas sub necessitate se palliat ut vix ea pro-  
fectus quisque discernat. nam dum solui  
debitum necessitas perit. voluptas explere  
desiderium superat. et tanto gula securis  
us in precepto rapit. quanto sub honesto  
nomine necessitatis explende se pregit. Se-  
pe autem in ipsa edendi via furtiva ad iu-  
cta subsequitur. non nunquam vero impuden-  
ter libere etiam pretere conat. facile autem  
est descendere cum voluptas eius necessita-  
tem pervenit. sed valde difficile est discer-  
nere cum ipsa in esu necessario se occulta  
subiungit. nam quod pervenit nature ap-  
petitum sequitur quasi a tergore mensuram  
dus videtur. Eo enim tempore quo necessitari  
debitum soluit. quod per esum voluptas se-  
quitur ignorat. Sepe vero ut discerni-  
mus. et qui vtrumque sibi coniunctum novi-  
mus. et in hoc quod extra metas rapimur  
liber ut sciendo fallamur. Et dum sibi  
mens ex necessitate blanditur. ex voluptate  
te decipit. Scriptum quippe est. Car-  
nis curam ne feceris in desiderijs. Que  
igitur in desiderio fieri prohibent. in neces-  
sitate descendunt. Sed sepe dum incaute ne-  
cessitati descendimus desiderijs des-  
cendimus. non nunquam vero dum desiderijs im-  
moderatus obviare nitimur. necessitas  
miseriam augemus. sic enim necesse est

ut arte quisque continentie teneat. quate-  
nus non carne sed carnis vitia occidat.  
nam plerumque dum plus iusto caro restrin-  
gitur. etiam ab exercitacione boni operis ex-  
neruat ut ad ordinem vel predicacionem  
non sufficiat. dum incentiva vitiorum in se  
funditus suffocare festinat. Ad introitus  
quippe habemus intentionis interne.  
hunc hominem quem exterius gestamus. et  
ipsi insunt motus lascivie. ipsi effectus  
superant actionis bone. Sepe vero in  
illo hostem insequimur. etiam civem quem  
diligimus trucidamus. et sepe dum qua-  
si civi precimus ad prelium hostem nutri-  
mus. eisdem namque alimentis vitia su-  
perant quibus virtutes nutrire vivunt.  
Et cum virtus alit. plerumque vires vitia  
augent. Cum vero inmensa continentia vitiorum  
vires extenuat. etiam virtus deficiens an-  
helat. ut necesse est ut interior homo no-  
ster equus quidem arbiter presideat in  
se et eum quem exterius gestat. quatenus  
ei homo sumus exterior et sepe ad debitum  
ministerium servire sufficiat. et nunquam su-  
perbe libera ceruice contradicat. nec mo-  
ueat si quid suggerendo submurmurat  
dum modo eum sepe supposita calce dicitur  
nis premat. sicque fit ut dum reperta vi-  
tia veniti quidem nobis parimur. et tamen  
hec aggredi nobiscum ex equo prohibemur  
nec vitia contra virtutem prevaleant. nec  
rursum virtus cum vitiorum omnimoda ex-  
tinctione succubat. qua in re sola elat-  
io extinguitur funditus. quod quibus victo-  
rie serviat. ad etiam mandata tamen cogitatio-  
num superbiam continua nobis pugna ser-  
uat. Unde bene hic quod unusquisque vir-  
tutem et debite necessitati congruit. et  
violenti voluptati praegravit voce to-  
mica dicitur. Clamorem exactoris non au-  
dit. hinc greg. **E**t in quibus dictis  
sanctissimi viri inter cetera colligere  
possumus. quod etiam preciosissimo cibo  
discretus quisque ac sapiens sine vitio  
r. j.

vti potest. Indiscretus ho ac insipies  
etiam in vilissimo cibo p viciu gule ex  
rare potest. **C**u et beatus aug. dr. Fieri  
etiã potest. vt sine aliquo vicio cupidit  
nis vel voracitatis preciosissimo cibo  
sapiens vraf. **I**nsipiens aut sedissime  
gule flamma in vilissimum ardescat.  
**E**t sanus quisq maluerit more domi  
ni pifce vefci. q̄ lenticula more esau.  
aut ordeo more iumentoz. nō p̄pterea  
p̄mentiores nobis sunt pleriq̄. qz vi  
liozibz alunt escis. nam in oibz hmōi  
rebz non ex eaz rez natura quibz vri  
mur sed ex cã vtendi et modo appeten  
di vel pbandum est vel improbandum  
qđ fecimus. **H**ec augu. **E**t fm  
crisostho. **V**oluntas non in natura cibo  
rum. sed in desiderij vigore p̄sistit. **C**a  
tuenda igif est diligenter voluptas gu  
le qz sunt nōnulli etiaz religiosi qui re  
lictis quidē grauioribz culpis ac pec  
catis. vicio tñ crapule applaudūt et rã  
in cibis q̄ in potibz supfluitatem exi  
gunt. que certe p̄fectionem religiosoz  
ac p̄miam agentius grauius impediūt  
nam tales gulam sectantes fm carnez  
ambulāt et nō fm spiritum. quoz etiã  
deus venter est. **D**e quibz beatus bern.  
satis duris sermoibz sic dr. **C**anete ne  
blandientez vobis carne infana huius  
seculi delectatio necat. **A**d p̄ficiendaz  
carnis curã in desiderijs aĩm denuo re  
uocetis. qđ est auerti a p̄posito. vnde  
sunt nonnulli. qui grauioribz relictis  
turpitudinibz. crapule tñ applaudāt et  
rãm ciboz q̄ potuum exigunt supflui  
tatem. que p̄fectum penitentis graui  
ter impediunt et tales fm carnem am  
bulāt. **Q**uicūq̄ em̄ in carne sunt siue  
in habitu siue extra habitū religionis  
si verax est imo qz verax est apostolus.  
**D**eo placere non p̄nt. multū em̄ citra  
p̄fectum p̄ficit imo multuz imp̄fectū  
velxmet̄ deficit. cuius gula domina

tur. **I**tem q̄ gulosoꝝ hoĩm sic tenet  
ter testat paulus ap̄ls sic dicens. **Q**uo  
rum deus venter est. **E**t de hoc etiaz  
hugo de sancto vicore in libro de clau  
stro anime sic. **S**olent dñs templa cō  
strui. altaria erigi. ministri ad seruien  
dum ordinari. imolari pecudes. thur  
ra cremari. deo siquidē venter tēplū  
est coquina. altare mēsa. ministri coei  
imolare pecudes cocte carnes. fumus  
incensoꝝ odor sapoz. nec audiuntur  
gulosis luctus et singultus in oratione  
sed eructationes carnis ingurgitat. q̄  
non sunt in iherusalem sed in babilone  
quia deus eoz venter et gloria i p̄fuso  
ne. **H**ec hugo. **E**t unde fm eundē  
bug. **T**ria sunt in cibo p̄sideranda vi  
delicet quid qñ et quantū p̄medamur  
.i. cibi species hora et mensura. ne illi  
citum aut extra horã aut extra mensu  
ram aliquid sumamus. venter tñ p̄medit  
adam. aut expellit extra horam. **J**ona  
thas et a patre maledicif. **P**opulus do  
i israel ad sepulcra concupiscentie vltra  
mensurã occidit. **H**ec bug. **D**iscamus  
ergo ne in sumendis alimētis corpis  
gule magis q̄ necessitati seruiat. nūc  
da nãq̄ est caro. vt in bono nobis op  
pere famulando sufficiat non aut vep  
facietarē ad iniquitates turpitudinis  
p̄ozūpat. **A**d qđ hortat beatus greg.  
sup ezechielem sic dicens. **D**iscamus  
satiari. ne in sumendis alimentis cor  
poris gule magis q̄ necessitati seruiat  
tur. plus em̄ concupiscentia q̄ necessi  
tas perit. **E**t sepe dū carnis inopie fati  
tiffacere curamus. voluptas inopie fati  
et modum refectionis excedit. **U**nde  
fit vt culpa transeat ad penam. qz ple  
rumq̄ inde alia temptatio carnis nasci  
tur. dum carni immoderatus in re  
fectione seruiat. **C**aro em̄ nobis ali  
quãdo adiutrix est. in bono ope. alia  
autem seductrix in malum. **S**i igitur

plus debemus tribuimus carni hoste  
nutrimus. et si necitati eius que debet  
mus non reddimus ciuem necamus. Sa-  
tianda itaque est caro. sed ad hoc ut  
in bono nobis ope famulando sufficiat.  
nam quisquis ei tantum tribuit ut sup-  
biat satiari penitus ignorat. ars namque  
magna est satiari. ne vnusquisque p[er] sati-  
etate carnis ad iniquitate[m] p[re]paratur  
pitudinibus. hec greg. **S**currilitas. in-  
gule sunt iste. videlicet **S**currilitas. in-  
ep[er]ta leticia. immudicia. ebretudo men-  
tis. immodestia. inhonestas. crapula  
ebrietas. insustinentia. inuerecundia.  
immoderantia. vaniloquiū. **S**currili-  
tas autem est que mouet ad v[er]ba scurrilia  
**I**nepta leticia est lasciuia carnis siue ge-  
stus corporis inordinatus lasciuia men-  
tis demonstras. **I**mmudicia est que so-  
let puenire ex gula. ut sunt vomitus et  
eructationes fetide ac luxuria. **E**betudo  
mentis est subuersio rationis. **I**mmodest-  
tia est corporis sup[er]fluitas. **I**nhonestas  
est lauitiora fercula querere et operanda  
te. **C**rapula est excessus in cibo. **E**bri-  
etas est excessus in potu. **I**nsustinentia  
est statutum tempus puenire in comedendo.  
**I**nuerecundia est feda verba et turpia p[ro]-  
ferre. **I**mmoderantia. ciborum minus ap-  
peritus. **V**aniloquiū est ociosa v[er]ba ex  
more p[ro]ferre. **A**ltimo sciendum quod gula  
p[ro]plectitur. scilicet. comestationem. ebrietate[m]. et  
p[ro]p[ri]e loquendo p[ro]sumonia opponit come-  
sationi. et sobrietate[m] ebrietati.

**F**ilius.

**D**ist informatioem de vitio gule.  
nunc de peccato luxurie. Et quid  
sit luxuria a te cupio edoceri.

**Ca. XII. Pater. R**

**S**ire debes quod  
luxuria secundum hugonem de sancto  
victo. est cupia ex p[er]iende voluptatis  
carnalis inimici. **I**tem luxuria est ex im-

mundis desiderijs veniens lubrica car-  
nis et mentis p[ro]stitutio. **E**st etiam luxu-  
ria incontinentia corporis de p[ro]p[ri]e libi-  
dinis nascens. **N**otandum autem quod  
peccatum luxurie est valde piculosum. quod  
hoc facinus plus quam cetera vitia mente[m]  
quam cepit p[ro]sternit et eneruat. **U**nde  
hugo in libro de claustro anime **N**ihil  
mente[m] citius eneruat quam cum aliquis  
ad luxuria[m] affectu[m] cordis inclinatur. **E**t  
hugo de sancto victore. **L**uxuria est im-  
moderata carnis petulantia. dulce ve-  
nenum. imp[ro]p[ri]a lues. p[ro]p[ri]a portio.  
que humanum corpus debilitat. et viri-  
lis animi robur eneruat. hec hugo. **N**on  
resistendum est viriliter huic vitio. quod ni-  
hil ita vastat corda hominum et subiecit suo  
dominio cum p[re]ualet quemadmodum li-  
bido. **Q**uod testatur beatus augustinus. qui sic  
dicit. **F**elicius seruit homini quam libidi-  
ni. quod libido seuisimo domiatu vastat  
corda mortalium. **E**t istius seruitutis ad-  
trociras declarat dupliciter. **P**rimo  
cum voluntas nostra sit ita libera ut non  
possit ab aliqua creatura citra deum con-  
pelli. tunc seruitus libidinis ita ipsam sub-  
ingit successiue. ut postquam fuerit ei p[ro]-  
p[ri]a consuetudinem submissa. teneat eam sic  
captiuam ut vincat facilliter ab omni  
malo et pareat quasi cocta. **S**ecundo de-  
clarat quod in ceteris dominijs quanto facilius  
us et melius seruit quisque. tanto mitius  
tractat et remunerat a domino suo. in ista  
autem tyrannide qua voluptas p[ro]pellit ad  
p[ro]p[ri]e eundem libidinem quanto perfecti-  
us exequit eius p[re]ceptum. tanto feroci-  
us in fine operis excruciat. **P**essima ergo  
hec pestis vitii luxurie cum men-  
tem p[ro]fecte inuasit totaliter cor hominis  
excecat. nullumque bonum cogitare p[er]mit-  
tit. nam ipse amor carnalis et libidinosus  
est insatiabilis. cum enim extinctus fu-  
erit iterum reaccendit. et post expletioem  
turpis voluptatis. iterum inopia patitur.

nec faciat et exceptis passionibus quas patitur. eam nihil aliud cogitare permittit. Ista commemorat beatus iheronimus. sic dicens Cum luxuria mentem inuasit nullum bonum cogitare permittit. Amor enim mulierum semper infaciabilis est. qui extinctus reaccenditur. et post copiam iterum inopiam patitur animum quod virilem effeminat. et excepta passione quam sustinet. aliud cogitare non sinit. omnia bona nature consumit quod naturales vires corporis enervat rationem perturbat ingenium ebriat nec rationi parat que impetu ducitur. qui etiam luxuriam vivens mortuus est. et ferreas mentes luxurie domat libido Unde amor eius infaciabilis inferno comparatur. hoc iheronimus Bene igitur luxuria inferno comparatur. quod ipsa cum gehenne familiarum quandam habet similitudinem Testatur hoc beatus bernardus. qui sic dicit. Luxuria est pestis. que cum gehenna familiarum habet similitudinem. In gehenna enim sunt tria. scilicet dolor fetens. omnis conscientie vrens. flamma purens. sic luxuria feret per infamiam. vrit per conscientiam. purit per cupiditatem Luxuria est pestis omni monstro damnosior. que corpus enervat. animam commaculat. famam perdit. primum offendit deum amittit De eodem etiam dicit beatus iheronimus De infernalis luxuria cuius materia gula. cuius flamma superbia. cuius scintille prauum colloquium cuius laus infamia. cuius cibi inopia cuius finis gehenna ¶ Et notandum quod sicut mundicia cordis ac corporis efficit hominem membrum christi. sic fornicatio et libido facit membrum meretricis Teste apostolo qui dicit Nescitis quoniam corpora vestra membra christi sunt. tollens ergo membra christi. faciam membra meretricis. absit Nescitis quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficit.

cum ea. qui adheret deo unus spiritus est. fugite fornicationes. omne enim peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. qui autem fornicat in corpore suo peccat. Et quibus verbis sancti apostoli colligere possumus. quod maximum scelus sit fornicatio. que templum dei videlicet hominem ita turpiter violat. Et persequens facit membrum meretricis ¶ Unde ysidorus fornicatio est maximum scelus. quod per carnis immundiciam templum dei violat. et tollens membra christi facit meretricis Et dicit innocentius de eodem. De extrema libidinis turpitudine. que non mentem effeminat. sed et corpus enervat. non solum maculat animam sed fedat personam semper illam precedunt et ardor et penitentia. semper comitantur feror et immundicia. semper sequitur dolor et penitentia. hoc innocentius. Audientes igitur ex peccatis torpida huius vitii. necesse est ut huic peccato videlicet luxurie animus in principio viriliter resistat. quod si admittit et in consuetudinem ducit etiam in quandam necessitatem peccandi pervenit. Unde beatus augustinus. Ex voluntate puerla facta est libido et dum servit libidini facta est consuetudo. et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas. hoc augustinus. Cum autem hoc mortifera pestis mentes sic obscurat. nocte ac die hominem quiescere non permittit. Quod testatur beatus ambrosius sic dicens Servus criminum stimulus libido est. que quietum nunquam manere patitur affectum. nocte fervet. die anxietat. Hec ambrosius Hec mihi si hoc vitium faciat semper animum inquietum. quia qui pravo ac lascivo amore ardet bicentis talis mente ac corpore languescit et ideo nunquam quiescit. De hoc dicit orozius sic. Qui dilectione prava estuat. procul dubio mente et corpore egrotat. Unde maligni spiritus quis de omni peccato

caro gaudet cū nos lapsos in aliqua vitia intellexerint. tñ maxime de fornicatione letant. qz hoc facinus validius q̄ cetera vitia corda ⁊ corpora hominū occupat ⁊ vastat. Unde dicit gloria. Cum demones de omni pctō gaudent. precipue tñ gaudent de fornicatione ⁊ ydolatria. **I.** Et notandum q̄ pra hunc pestiferū morbū. videlicet luxurie vitiiū triplex potest esse remediū. Prīmū est mortis frequens meditatio. Unde beatus greg. Ad restringendū carnis illecebram ⁊ luxurie feditatem nil tantū valet q̄ si frequenter cogitemus q̄ eadē caro non lōge post vermiū scaturiet ⁊ in feridā materiā conuertet. hec greg. Secundū remediū q̄ homo debet fugere occasiōes huiusmodi vitii. vtz familiaritatē mulierū ⁊ omnia alia que pñt mentē ad hoc peccatū inclinare. Unde beatus ambros. sup illud dicit apostoli. Fugite fornicationē sic ait Cum alijs vitijs p̄ expectari cōfictus. sed hanc fugite. ne appropinquetis. qz non potest vinci. Et beatus Hieron. Retix dyaboli est luxuria. si quis hac capiē non cito soluit. In isto tam graui ⁊ periculoso p̄lio nemo p̄t vincere nisi fugiat. nemo p̄t firmiter p̄durate nisi carnē comēt abstinentia ⁊ ieiunio. **Dec** iterō. Tercū remediū est q̄ homo p̄t primos motus carnales cū titillat in seipso refrenare anteq̄ peccare. Unde beatus bern. de vitio gulae qd̄ est qd̄dam incitamentū luxurie sic dicit. Torandū q̄ artor libidinis p̄ aliqua parua occasione excitatur. ⁊ nisi ilico respiciat. subito totū corpus occupat estuat vrit ⁊ incendit. primo carnē tactam modicū titillat. deinde delectatione turpi mentē maculat. ad extremū per p̄sensum p̄auitatis mentem sibi subiugat. Unde ps. ait. Filij

hominū vsq̄quo graui corde ⁊ pingui corpis vt quid diligitis vanitatē. ⁊ veritatē negligitis. pinguedo carnis. delicie corporis. saturitas ventris aut ante mortem vos deserent. aut vos illa in morte relinquitis. hic caro vermibus illic anima ignibz deputat. donec eiusus infelici collegio collegati in tormentis penalibz socientur qui socij fuerūt in vitijs. Una nāq̄ pena implicat quos vnus amor in crimine ligat. Delicate qui delictis ⁊ dirtijs circumfusis es p̄fusionē expectas ⁊ mortē. non est regnū dei esca ⁊ porus. nō purpura. non bissus. qz diues ille vtrūq̄ circumdatus in puncto ad inferna descendit. Quid ad hoc dicitis vos gulosi ⁊ luxuriosi quoz deus venter est. quoz vsus dīs aut in ventre aut sub ventre est. qui in luxuria nutritis corda ⁊ corpora vestra. Audite qz esca ventri ⁊ venter escis deputat. deus aut ⁊ hunc ⁊ has destruet. Calix demomoz est supbia. detractionis ⁊ inuidia. crapula ⁊ ebrietas. q̄ cū implerint mentē vel ventrem. x̄pus ibi non inuenit locū. Quō ignis ⁊ aq̄ simul esse non pñt. sic spūales ⁊ carnales delicie in eodē se non patiunt. vbi crapulam ructantis inter pocula senserit x̄pus. vina sua dulciora super mel ⁊ fauū menti p̄pinare dedignat. vbi curiosa ciboz diuersitas pascit ventrem celestis panis ieiunam deserit mentē. hec bernar. **S.** Qd̄ autē gula siue ebrietas occasio sit libidinis. de hoc dicit beatus hiero. Venter mero estuans cito spumat in libidinē. Venter enim ⁊ genitalia vicina sunt. ⁊ vnū alteri subministrat. ex vicinitate enim inebrozū sequit̄ p̄federatio vitiorum. **¶** Sciendum etiam q̄ sunt septem species luxurie. videlicet fornicatio. adulterium. incestus. stupr. raptus. sacrilegium. vitium p̄ra naturam. Forme r. ij.

catio est omnis usus meretricū .i. vidu-  
arū & scubinay Adulterium est alieni  
thorviolatio. Incestus est sanguine-  
arum & affinium abusus. Stuprum est  
virginū illicita violatio. Raptus est  
cū puella a domo patris educit. vt cor-  
rupta in uxorem habeat. Sacrilegius  
est quo continentia deo sacrata ledit. vt  
in religiosis & clericis in sacris ordini-  
bus & in his qui emiserunt vorum pri-  
nentie. Virium contra naturā est quo na-  
turalis usus coeundi puerit. qd tam  
malum & detestabile est vt non de faci-  
li nomine qz pctm sodomie seu con-  
tra naturā oē vitū supat. nam hoc fla-  
gicium mors est corporū exterius inter-  
ritus aīay spm̄ sanctum de corde eīcie  
Intentores diabolū introducit hoc vi-  
tium. oīa maculat. oīa polluit. & nihil  
purum aut mundū esse pmittit. ad ex-  
tremū a deo sepat & diabolo diungit.  
De hoc vitio petrus dicit. sic dicit. Vici-  
um sane contra naturā oīm immaīta-  
tem supat vitiorū. hoc siquidem vitium  
mors est corporū. Interitus est aīay. car-  
nem polluit mentis lumen extinguat.  
Sp̄m̄ sanctum de templo humani cor-  
poris & pectoris eīcit. intētozem luxu-  
rie diabolū introducit eunti laqueos  
parat. cadenti puteū ne egrediat opī-  
lat. infernum aperit. paradisi ianuam  
claudit. Celestis iherusalē ciuem terra-  
ree babilonis facit heredes. abscindit  
membzū eccie. in ipm̄ vorax p̄icit ge-  
henne estuantis incendiū. hoc vitū su-  
perne ciuitatis muros conat euertere.  
& rediuiua exusse sodomie fatagit me-  
nia reparare. hoc est em̄ qd sobrietatē vi-  
olat. pudicitiam necat. castitatem in-  
gulat. virginitatem spurissime cogita-  
tionis mucrone trucidat. oīa sedat oīa  
maculat. oīa polluit. & quantū ad se ni-  
hil purus. nihil a sordibz alienū. nihil  
mundū esse pmittit. a deo aīam etiam

sepat. vt de omnibz diungat. hec pestilē-  
tissima sodomorū regina sue tiranni-  
dis leges obsequitem hoībz turpem.  
deo reddit odibilem. Infelici quippe  
aīe postqz hic venenatissimus coluber  
dentēs semel infixit. illico sensus ad-  
imitur memoria tollit. mentis acies  
obscurat. immemor dei obliuiscit sui  
hec pestis fidei fūdamēta euacuat. sp̄i-  
tū robur enervat. caritatis vinculū diffi-  
pat. iusticiā tollit. fortitudinem subru-  
it. temperantiam eximit. prudentie acu-  
men obrundit. Quid amplius dicam  
quāquid oīm virtutum cuneū de cu-  
ria humani cordis expellit. omniū vi-  
ciorū barbariem. velut enulsis porcorū  
repagulis intromittit. nimirū. qz quē  
hec atrocissima bestia cruentis semel  
fauibz deuorata cūctis bonis opibz  
quibusdā suis vinculis obligat. p oīa  
nequissime prauitatis abrupta p̄cipi-  
tāter effrēat. mox nāqz vt qsqz i hac ex-  
treme pditiōis abyssum fuerit lapsus  
a supna patria exul efficit. a xpi cor-  
pore sepatur totius eccie auctoritate  
p̄fundit oīm sanctorū patrum iudicio  
p̄denat inter hoīes in terra respicit  
a celestium ciuium p̄turbatio reproba-  
tur qz & nūc humane irrisiois obpro-  
brium. & postmodū damnationis cogi-  
tur p̄ferre tormentū. hec petrus dicit  
am. Sed ne quis p̄pter hmoi tam gra-  
ue scelus etiam post lapsum tā imame-  
facinoris in desperationē corruat. idē  
petrus dicit. ad penitentiam & ad  
spem habendā de diuina misericordia  
etiam de hoc scelere sic inuitat dicens  
Quisquis huius sodomice turpitudi-  
nis se contagione fedauerit. nisi seu-  
ctuose penitentiae satisfactione purga-  
tus fuerit nunqz habere poterit gratiam  
dei. nunqz xpi corpore & sanguine viu-  
intrabit. Unde exurge queso homo

ad penitentiam . qui in huius miserie voluptatis sopore deprimeris . reuiuiscere tandem qui letali coram inimicis tuis gladio corruisti . **C**auere ergo ne te harum desperationis absorbeat . mens fiducialiter ex diuina pietate presumat . ne . p magnitudine criminis impenitens obdurescat . non est peccatorum desperare sed impiorum . nec magnitudo criminum in desperationem adducit animus . sed impietas . si enim tantum potuit diabolus ut te in huius vitij profunda submergeret . quanto magis virtus xpi te poterit ad deum de quo lapsus es vertice reuocare . nunquid qui decidit non adiciet ut resurgat . cecidit a sinu carnis tue in lutum sub pondere . est stimulus penitentie qui pungat . est manus spūs que viriliter extrahat . **N**on ergo te ex sine miserationis largitate diffidas . si tñ infatigabiliter in penitentia perseverare pretendas . hoc petrus damianus . **A**postolus etiam paulus inter cetera vitia de hoc scelere enormi ad chorinthios in huiusmodi crimine collapsos esse damnandos sic commemorat di . **N**escitis quod iniquum regnum dei non possidebitis nisi nolite errare . neque fornicari . neque ydolis seruire . neque adulteri neque molles . neque masculorum cubitores . neque furas . neque auari . neque ebriosi . neque maledici . neque rapaces regnum dei possidebunt . **P**ostquam vero apostolus hos criminosos enumerasset . non solum absolutionem seu delectationem horum vitiorum sed etiam iustificationem et sanctificationem tales esse persecutos demonstratum subdit dicens . **E**t hoc aliquando fuistis . sed abluti estis . et sanctificati estis in nomine domini nostri iesu christi et in spiritu dei nostri . **E**x his ergo dictis tam premissis colligere possumus quod non solum hoc peccatum videlicet con-

tra naturam verum etiam omnia crimina per penitentiam possunt deleri . dum modo homo de facinoribus suis se in illis dolere . peniteat . ac de cetero a similibus caueat . quia multum displicet deo iteratio peccati . nam ipse dominus ad mulierem in adulterio deprehensam dixit . **Q**uis te condemnauit mulier . que respondit . **N**emo domine . **E**t dixit . **N**ec ego te condemnabo . vade amplius noli peccare . **I**n quibus verbis magna fiducia lapsis in peccata tribuitur . qui post lapsum per penitentiam resurgentes . et in ipsa perseverantes se postmodum a similibus custodiunt . **D** Postmodum sciendum quod filie luxurie sunt iste . videlicet **I**mpudentia . cecitas mentis . inconsideratio . inconstantia . amor sui . precipitatio . odium dei . affectus presentis seculi . desperatio futuri seculi . **I**mpudentia est exterioribus signis luxuriam demonstrare . **C**ecitas mentis est inconsideratio mortis et inferni . quia secundum beatum augustinum . **I**n opere luxurie tota ratio absorbetur . **I**nconstantia est ad cogitandum et considerandum nunc illud nunc istud . **A**mor sui est quo aliquis desiderat longam vitam ut expleat voluptates suas . **P**recipitatio est quod quis precipitanter currit ad peccandum . exponens se periculo mortis propter luxuriam faciendam . **O**dium dei est quod fit cum deus abstrahit se et punit eos qui sequuntur carnis delicias ad quas inclinatur luxuria . **A**ffectus presentis seculi est appetitus honorum . diuitiarum . sanitatis fortitudinis et huiusmodi . **D**esperatio futuri seculi est diffidentia glorie vel venie sequende et hoc est filia luxurie summata . **S**ic habemus de peccato luxurie et de ceteris capitalibus peccatis et ceteris vitijs per dominum donauit expositum . **S**equitur quoniam talia . scilicet peccata predicta sunt mortalia vel non **F**ilius .

**P**ostquam informatus sum de septem vicijis capitalibus siue mortalibus nunc scire desidero quomodo predicta peccata sint mortalia vel quomodo possint esse venialia. Ca. XIII. Pater

**O**mnia vitia predicta quis semper sint peccata non tamen semper sunt mortalia.

**Q**uia vana gloria mortale peccatum dicitur dupliciter. Primo ratione finis. propter quem laus appetitur. Sic illi faciunt qui bona opera ad hunc finem operantur ut aliquid lucrum temporalis idelicet pecuniam vel aliam quali umcumque rebus ab hominibus quomodocumque consequi valeant. Secundo ratione operis in quo laus appetitur. quod fit quando homo bonum opus operatur ad hunc finem ut laudem et favorem capiat ab hominibus. et suum animam totaliter laxat in eandem laudem et favorem per inordinatam et nimiam delectationem.

**R** Circa primum sciendum quod quadruplici fine laus appetitur. Primo ad vitandum malum infamie. sic Samuel se laudavit. I. regum. Secundo propter utilitatem aliquam spiritualement ut est gloria dei vel edificatio proximi sicut paulus se commendavit. ad corinthios. Tertio propter lucrum avaricie sicut pharisaei qui deprecabantur domos viduarum. simulantes longam orationem. Quarto propter actum alicuius peccati venialis sicut quando quis laudari vult. eo quod venialiter in laude delectetur. primum est prudentie. secundum est caritatis dei et proximi. tertium est mortale peccatum. quia propter avariciam fit et lucrum temporale ut dictum est. quartum est veniale. Sequitur secunda causa quare vana gloria fit peccatum mortale scilicet ratione operis per quod laus queritur. Hoc autem etiam potest fieri tripliciter quia laus quandoque requiritur per opera illicita. quandoque per opera quedam alia. quandoque per opera virtutum. Si primo modo sic

est tale peccatum quale est illicitum. scilicet mortale vel veniale. Si secundo sic est peccatum veniale ut habere divitias vel vestes preciosas. Verumtamen si talia de se sunt inordinata ut sint occasio mortalis peccati. ut quando mulier ornata meretricio ad capiendas animas preparatur. et similia tunc est peccatum mortale. Si tercio modo id est si laus queratur pro opera virtutum. hoc est dupliciter. quia appetitus laudis adiungitur operi virtutis tantum. sicut contingit in cantu vel predicatione quandoque et in quibusdam alijs operibus virtuosis. et tunc est peccatum veniale vel laus est finis principaliter prestitus operi virtutis et operanti. ita quod sibi constituit finem ultimum se totaliter fundens super huiusmodi delectationem vane glorie. et sic est peccatum mortale quia tunc inordinatur ei ut finis ultimo.

Sequitur de invidia

Ca. XIII.

**I**nvidia enim est

suo genere est mortale peccatum quia cum invidia sit inimicum suorum de alieno bono contrariatur directe caritati. que non emulat sed congruetur veritati. Caritati vero nihil est contrarium nisi mortale peccatum. tamen illud quod ex genere est mortale potest esse veniale in quantum vel in primo motu consistit vel extra rationem suam trahitur. Deinde ergo de alieno bono est quadruplex quia vel est primo primus motus ex natura veniens. sicut quidam naturaliter invidiosi sunt. et hoc nullum est peccatum. cum nullo modo in nostra sit potestate. Vel est secundo primus motus. quantum ad appetitum sine completa deliberatione tali passioni afficitur et sic est veniale peccatum. vel est actus voluntatis deliberative. et hoc fit cum homo voluntarie

deliberato animo admittit et sentit vi-  
no inuidie. et sic est mortale peccatum. Del-  
trabit per intentionem extra rationem suam  
ut quoniam dolor surgit ex causa bona. sicut quoniam  
dolet aliquis de bono temporaliter alterius quod  
videt illud redundare in detrimentum  
anime illius vel etiam in detrimentum com-  
munitatis. et dolor talis bonus est. quod  
maius bonum est magis appetendum

**Capitulum XV.**

**R**a ex suo genere est  
mortale peccatum. quod secundum cassiodorum. Ira est  
motus animi peritatus ad penam pro-  
prie inferendam. Talis autem motus diri-  
gitur caritati que non irritatur. nec cogi-  
tat malum. id est ad chorin. **U** Est  
autem ira triplex. Prima est remissus af-  
fectus contra primum per quem non dolet de  
malo primum. nec gaudet de bono eius  
sed sit ei indifferens. et sic non est peccatum  
mortale. sed est imperfectio caritatis.  
Secunda est actualis impatientia. absque  
appetitu vindicte. et talis motus etiam  
deliberatiuus est veniale peccatum. quod habet in-  
completam rationem ire. Tercia est impa-  
tientia cum appetitu vindicte. Et hoc tri-  
pliciter. Quoniam enim ira est ex natura. si-  
cut in melancolicis in quibus secundum philosophum  
continue mordet natura. propter quod semper  
sunt turbulenti. et sic nullum est peccatum  
cum sit motus naturalis. Quoniam est ab ap-  
petitu deliberato et tunc est veniale sicut  
aliquis primum motus. quoniam autem est a volun-  
tate deliberatiua. et tunc est peccatum  
mortale.

**Capitulum XVI.**

**A**ccidia ex gene-  
re suo est veniale peccatum. quia  
secundum augustinum. Accidia est tedium eterni boni  
hoc autem non opponitur caritati sed facit  
diminutionem feruoris caritatis. in quo  
consistit omne peccatum veniale. Illud ergo tedi-

um vel est motus naturalis et sic nullum  
est peccatum. vel est motus appetitus pro-  
fati de ope spirituali laborioso. et sic est  
peccatum veniale. Cuiusmodi tedium redundat  
in omissionem que sunt necessaria salutem.  
vel obmittunt ea ad que tenetur quis ut  
est horas canonicas persolvere. ad quas  
obligati sunt qui sacros ordines percipi-  
erunt. tunc est peccatum mortale. **A**  
Unde thomas de aquino. Sicut inuidia  
que est tristitia de bono proximi est  
peccatum mortale in suo genere in quantum  
contrariatur caritati quantum ad dilectionem  
proximi. Ita accidia que est tristitia boni  
spiritualis diuini est peccatum mortale ex suo  
genere in quantum contrariatur caritati quan-  
tum ad dilectionem dei. et hoc verificatur  
in omnibus peccatis que sunt mortalia ex  
suo genere. sed motus imperfecti in ge-  
nere talium peccatorum non sunt peccata morta-  
lia. que. scilicet sunt absque deliberatione ratio-  
nis. unde tales motus accidie sunt peccata  
venialia. nam etiam in viris perfectis potest  
esse imperfectio motus accidie saltem  
in sensualitate. propter hoc quod nullus est  
ira perfectus in quo non maneat aliquod con-  
trarietas carnis ad spiritum. Sed quoniam affe-  
ctus carnalis ira prevaleret rationi ut ex deli-  
beratione homo tristetur de bono spirituali et  
diuino manifeste. talis motus est peccatum  
mortale. hoc thomas. Si autem illud quod fit ex  
obmissione boni vel difficultate aggre-  
diendi bonum ducit in desperationem. tunc  
iam accedit ad peccatum in spiritum sanctum. Et  
quoniam illud tedium ita crescit quod etiam du-  
cit in tedium vite. in quantum quod iniuriat sibi  
manus. tunc iam similis erit inde qui  
laqueo se suspendit.

**Capitulum XVII.**

**A**varicia dicitur  
dupliciter. Uno modo secun-  
dum quod est oppositum iusticie.  
et hoc modo ex suo genere est mortale

peccatum. sic enim ad auariciam pertinet quod aliquis iniuste accipiat vel retineat res alienas quod pertinet ad rapinam vel ad furtum. que sunt mortalia. Alio modo potest accipi auaricia secundum quod opponitur libertati alias liberalitati et secundum hoc importat inordinatum amorem diuitiarum. Si ergo in tantum amor diuitiarum crescit quod preferat caritati. ut scilicet propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem dei et proximi. sic auaricia erit peccatum mortale. Si autem homo quibus superflue diuitias amet. non tamen preferat amorem earum amori diuino. ut scilicet propter diuitias non velit aliquid facere contra deum et proximum sic auaricia est peccatum veniale. **S**ed et quod auaricia est immoderatus amor siue appetitus habendi sciendum quod si aliquis appetit aliena appetitu completo. qui etiam procedit in opus si facultas adesset sic est peccatum mortale. Item si quis appetit illicita voluntate completi ut si aliquis indignus conatur beneficii ecclesiastici adipisci. sic est iterum peccatum mortale. Item si quis appetit talia siue sint aliena siue illicita cum voluntate conditionata. scilicet si posset habere sine offensa dei ac iniuria proximi. et tunc vel nullum vel veniale peccatum est. Item si quis simpliciter appetit habere superflua et hoc appetitu suffocante mentem a cura sui et a consideratione diuinorum. hoc est peccatum mortale. Item si quis superfluo amore inheret temporalibus tamen infra amorem dei. hoc est peccatum mortale. Item si quis retinet ea que ad necessitatem suam et suorum pertinent vel ad considerationem sui status et suorum secundum quod decet suam dignitatem. hoc non est peccatum. Item si quis retinet superflua respectu vtriusque iam dictorum et hoc tempore necessitatis extreme alicuius. et sic est peccatum mortale. Item si quis retinet superflua citra extremam necessitatem ex insatiabili

cupiditate sic etiam est peccatum mortale. **P**recipuum autem signum talis affectus est. quod enim quis potius res putrefacti finit quam utiliter alijs dispensaret. quod autem vitium auaritie ydolatrie spectat. hoc thomas de aquino sic ait. **A**postolus non dicit quod omnis simpliciter auarus non habeat partem in regno christi et dei sed addit quod est ydolorum seruus. illa enim auaritia a regno christi excludit. que spectat ydolatrie. eo quod honores deo debitum exhiberet creature. in quantum in temporalibus bonis finem constituit. quod soli deo debet. nam cupiditas extinguens caritatem est illa. que finem constituit in temporalibus bonis. illa autem que finem non constituit quibus supercedit debitum modum non extinguunt caritatem sed impedit eam in suo actu. hoc thomas. **E**x quibus dictis colligere possumus quod non omnis auaricia sit ydolorum seruus vel peccatum mortale. sed solum illa que extinguit totaliter caritatem. Unde auaritia potest esse peccatum veniale in certis casibus ut premissum est.

**C**a. XVIII. **B**la est immoderatus appetitus edendi. quod potest esse quatuor modis. **P**rimo si ibi est solus appetitus cibi et hoc nunquam est peccatum nec etiam delectatio in cibo prout est peccatum in quantum ordinatur contra defectum sibi contrarium. hoc enim pure sunt naturalia. in quibus non est meritum neque demeritum. **S**ecundo si appetitui necessitatis adiungatur appetitus delectationis. et voluptatis in cibo. hoc est veniale peccatum. **T**ercio si est ibi transgressio precepti ut cum aliquis sine necessitate soluit ieiunium ecclesie. vel religiosus comedit carnes. cum hoc in suo ordine sit prohibitum sub precepto. sic est peccatum mortale. **Q**uarto si appetitus

comedendi est cū libidine. vt quanto nimio & finali affectu inlaxerit delectatiōem cibi & nimis ingurgitat se. & hoc ē peccatū mortale. De hac gula thomas de aquino. Vitium gule p̄prie consistit in concupiscentia inordinata. Si ergo inordinatio accipit in gula s̄m auersionem a fine ultimo. sic gula erit peccatum mortale. quod quidem stringit quā delectationi gule inlaxerit homo tanquā s̄m p̄pter quem deū p̄temit. paratus s̄z p̄tra p̄cepta agere vt delectatōes huius assequat. Si vero in vitio gule intelligat inordinatio concupiscentie t̄m s̄m ea que sunt ad finem. vt pote q̄z nimis concupiscit delectationes ciborum. nō tamen ira q̄ p̄pter aliquid faceret p̄tra legem dei & est peccatū veniale. Hec thomas. **De vitio etiam ebrietatis** sciendum q̄ culpa ebrietatis consistit in immoderata & inordinata concupiscentia & vsu vini vel alterius potus qui inebriare potest. Hec autem ebrietas stringit esse tripliciter. Vno modo sic q̄ nesciat potum esse immoderatum & inebriare potentē. & cum nescit vini fortitudinem. & sic ebrietas potest esse sine peccato. & sic noe creditur inebriatus fuisse. Alio modo si aliquis p̄cipiat potum esse immoderatum. non tamen existimat potum esse potentē inebriare. & sic ebrietas potest esse cum peccato veniali. Tercio modo potest stringere q̄ quis bene aduertat potum esse immoderatum & inebriare potentē & t̄m magis vult ebrietatē incurrere q̄ a potu abstinere. & talis p̄prie dicitur ebrius & sic ebrietas est peccatū mortale. q̄z volēs homo & sciens p̄riuat se in sensu rōnis

**Capitulum XIX.**  
**U**ruriam ex suo genere est peccatū mortale. q̄z contra illud p̄ceptum. non mechaaberis.

Concupiscentia vero luxurie distinguitur septē modis. Primus est cum concupiscentia consistit in primo motu t̄m. & sic veniale peccatū. Secundus est cum sequit̄ p̄sensus in delectatōem. licet nō in opus velit procedere sic est mortale peccatū. Tercius cum p̄sentit in opus ita q̄ velit carnaliter peccare si occurreret oportunitas. & sic itē est peccatū mortale. Quartus modus est cum nō solum tenetur corde. sed pascit̄ visu. & sic itē est peccatum mortale. Unde dicit Math. v. Qui viderit mulierē ad concupiscendū eam &c. id est animo & si ne intendit mulierē vt eam concupiscat. q̄z s̄m augustinū hoc iam non est titillari sed plene p̄sentire libidini. Bene autem dicit ad concupiscendum eam. q̄z si aliquis videret mulierem vt rem pulchram & ulterius non p̄cederet. tunc vel nullum esset peccatū vel solum peccatū curiositatis. Quis modus ē in stultiloquio. vt cū quis mulierē p̄catur & p̄pter libidinē habet cū ea familiaria colloquia. q̄z & hoc est mortale peccatum. Sextus modus vocat̄ ab apostolo raptus. vt in osculis. in amplexibus. & tactibus lasciuus. & hoc est peccatū mortale. & tanto grauius quanto magis per talia libido accendit̄ p̄pter nimiam approximationē ad ignem. Notandū hō q̄ tangere mulierē p̄ter malā intentionē non est peccatū. similiter cum intentione boni ex necessitate. sed tangere ex libidine. vel osculari ad se non pertinentē est mortale peccatum. Septimus modus est cum concupiscentia p̄cedit in opus. ita q̄ p̄ficat̄ opus luxurie hoc est sp̄ peccatū mortale nisi excuset̄ per matrimonium. **De moribus autē concupiscentie carnalis nicolaus de lyza in glo. super illo verbo. Omnis qui viderit mulierē ad concupiscendū. sic ait. Videre absolute mulierem.**

non est malum. sed quantum ex eo sequitur concupiscentia interior. et ista concupiscentia primo procedit sic quod primo ex aspectu mulieris causatur concupiscentia in appetitu sensitivo. qui dicitur sensualitas et prevenit actum rationis. et sic non est mortale. nec veniale peccatum. cuius ratio est. quia talis motus sensualitatis non est in potestate hominis et consequens non est peccatum. sed retentio huius concupiscentie postquam precepta est bene est peccatum. unde dicit Augustinus. Non est in potestate nostra quatenus visis non tangamur sed in parte nostra est respicere vel acceptare. Et sic patet quod predictus motus sensualitatis non est peccatum. sed est materia exercende virtutis si ei resistatur per rationem. si autem teneatur per delectationem mortuosam absque sensu tunc est peccatum sed veniale. Si autem sequatur sensus in animo. tunc est mortale peccatum. antequam exprimaturo facto vel signo. Et ideo de tali concupiscentia que est sensus dicit saluator. Jam mechans est in corde tuo. Et hoc de luxuria. Sic igitur habemus. quoniam peccata capitalia sunt mortalia siue venialia. **Filius.**

**S**ic etiam desidero utrum sint plura peccata criminalia siue mortalia exceptis istis septem capitalibus vitis que modo premissa sunt. Et etiam que sint peccata venialia et que remedia valent delere peccata venialia. de his cupio informari.

Ca. XX. Pater.

**S**icere debes quod etiam sunt alia quam plurima crimina exceptis septem principalibus vitis. que mortalia peccata dicuntur nam omnes transgressiones decalogi et mortalia sunt peccata. **Numerus autem.** decem preceptorum sic sumitur quia quedam ordinant nos ad deum.

quedam ad proximum. quod deus innuere voluit. quando in duabus tabulis illa dedit. In prima tabula tria precepta continentur que pertinent ad deum. quorum primum pertinet ad partem que est de divina unitate. Secundum ad filium. quod est de iuramenti veritate. Tertium ad spiritum sanctum quod de spirituali vacatione. In secunda tabula fuerunt septem precepta ad proximum pertinentia quorum primum est de exhibendis bonis ut est illud. Honora patrem et matrem. Reliqua sex sunt de cavendis malis que inferri possunt corde ore vel opere. Opere ledimus proximum prope quod dantur tria precepta. Primum non occides. Secundum non mechaberis. Tertium non furtus facias. Ore omnino ledimus et contra hoc est illud. Non dices contra proximum tuum testimonium falsum. Corde ledimus proximum dupliciter. quandoque enim respectu rationalis de hoc dicitur non concupisces uxorem proximi tui. Quandoque respectu rei irrationalis. Unde dicitur. Non concupisces rem proximi tui.

Ca. XXI.

**P**rimum preceptum decalogi tres habet clausulas. Prima est. Non habebis deos alienos coram me. ubi prohibetur adorare creaturam spiritalem. id est angelos. Secunda est. Non facias tibi sculptile. id est imagines fictas que nullius rei naturalis representatiue sunt. Tercia nec omnem similitudinem. scilicet ymaginem rei naturalis. Et sequitur que est in celo desuper. ut solis et lune et que in terra deorsum ut hominis bouis et similia. neque eorum que sunt in aquis sub terra. id est piscium. Non adorabis. scilicet actu exteriori nec coram te scilicet affectu interiori. Et bis patet quod non reprehenduntur christiani.

qui faciunt ymagines non quidem ad adorandū sed ad memorandū. honoz aut qui exhibet sanctis nō latrē s3 du lie. prima clausula ostendit iudeos 7 sacraenos esse ydolatrās q2 eos habent alienos. Iudei quidē messiam 7 anri xpm. saraceni machometū. Contra secundā. s. non facias tibi sculprile faciunt heretici qui non credūt in deo nisi qd de ymaginatōe 7 fantasia p̄sunt. Contra terciā faciūt mali xp̄iam. q2 superbo colit similitudinē eorum que sunt in celo de sup. nam sup omnia videtur prelaturā. Avarus colit similitudinē eorum que sunt in terra. Voluptuosus colunt similitudinē eorum que sunt in aquis hoc est delicias. **S**ecundū preceptum est. Non assumes nomē dei tui in vanum. **H**ic prohibet iuramentū qd fit sine causa 7 periurium. **U**terq; enim. p̄nibilo iurans 7 falso iurans assumit nomen dei in vanū. q2 primus sine causa noīat summam veritatem. secundus aut̄ p̄temit. **T**ribus modis quis peccat in iuratio. vel iuramento p̄sciam. vel iurando illicitum. vel veniendo p̄tra iuramentum. **T**erciu est. **M**emento vt diem sabbati sanctifices. non facies omne opus. **I**n hoc precepto qd̄dam est morale vt vacatio que est ad deū orando. volēdo. meditando. qd̄dam est cerimoniale vt assignatio diei septime. que figurabat tropologicē cessatōnem a peccatis. allegogice quietem corporis xpi in sepulcro. anagogice requiē eternā in celo. **I**stud ergo preceptū tripliciter accipi p̄t. **P**rimo generaliter vt cessemus a virtutibus. **S**ecō specialiter vt cessemus ab operibus corporalibus. que impediunt vacatōnem ad deū. **T**ercō specialissime vt est in viris p̄templatiuis vt ab omnibus mundanis separent vt totalit̄ deo vacent. **P**riā vacatio ē

nccāria. scda est debita. terciā p̄fecta. **S**cōm ergo qd sabbatū d̄ requies siue vacatio ad deū. sic dies d̄nica p̄t dici dies sabbati. 7 quelibet dies statuta ad diuinā veneratōem. in quibus cessatū est ab ope seruili. i. a p̄ctō 7 ab ope impediēte vacatōem ad deū. opa em̄ seruilia dicunt̄ ab eccia opa mechanicā. agricultura. mercatura. plantatio.

**P** Quartū preceptū. **H**ōra patrem tuū 7 m̄rē tuam. **H**uic precepto addit̄ p̄missio. s. vt sis longeuus super terrā. q2 p̄gruū est vt p̄seruatio vite aliene mereat̄ p̄seruatōem vite p̄prie. **P**ater d̄ in hoc mandato qui est p̄ncipiū per generatōem quo ad eē natu re vt p̄ carnalis. vel qui est p̄ncipiū per ministratōem regenerationis quo ad bñ esse vt prelatus sp̄ualis. **H**onoz hic intelligit̄ duplt̄. s. exhibitio corporalis in sustentatōe. 7 sp̄ualis in reuerentia 7 obia. **S**ed obedientia diuersificat̄ p̄m diuersificatōem pat̄. q2 patri sp̄uali debemus t̄m obedire in sp̄ualibus. plato seculari. s. regi in tp̄alibus reipublice. carnali in dispositōe rei familiaris. **Q**uintū preceptū est. **N**on occides. **H**ic explicite prohibet homicidium. sed implicite oīs motus ire p̄tra. primus. siue ille sit cordis t̄m vt ira. siue oris vt contumelia. siue operis vt percussio citra mortē vel depilatio. **R** Distinguit̄ homicidij genus duplt̄. s. vt̄ quod d̄ corporale 7 interpretatiū quod d̄ sp̄uale. **H**omicidium spirituale duobus modis fit. **U**no modo obmittendo. vt cum quis videt alium in extrema necessitate. 7 non subuenit ei. interpretatiue d̄ eum occidisse. **A**lio modo fit p̄mittendo. 7 hoc q̄nq; corde. scilz odiendo. **J**oban. **Q**ui odit fratrem suum homicida est. quandoq; ore. scz detrahendo. quia ille cui detrahif occidif in p̄scia illius.

qui audit detractionem. in qua prius  
viuebat pbonā famā. qñq; ope .s. ma  
lo exemplo alicui occasionē ruine pre  
stando. 7 tūc dī interpretatiue illū oc  
cidere **S**extū pceptū est Non  
mechaberis in quo pcepto vt dī aug.  
prohibet omnis illicitus cōcubitus 7  
oīm membrorū oīs illicitus vsus. **S**  
Septimū est. furtū nō facies. vbi sūm  
augusti. phibet oīs pceptatio rei alie  
ne ex cupiditate **O**ctauū pceptū  
est. non loqueris contra primū  
tuū falsum testimoniu. hic phibet oē  
genus mendaciū. vt dī augu. qd ter mī  
nat p tres differentias **X** Est em  
mendaciū pmissiū. qd nocet. offici  
osum qd pdest. iocosum qd delectatur  
Includit em in hoc pcepto taciturni  
tas veritatis tpe necessitatis. tñ causa  
7 oportunitas facit ipam taciturnitatē  
esse licitam **N**onū 7 decimū  
precepta. non cupisces domū proxi  
mi tui. nec desiderabis vxorē eius nec  
seruum nec ancillā nec bouē nec asinū  
nec oīa que illi sunt **D**uo phi  
benf hic. s. cupiscentia carnis in vx  
orē proxi 7 cupiscentia oculoꝝ in re  
aliena. nam ad hęc duo maxime incli  
natur natura corrupta. ad vnum ppter  
pseruationes supius indiuidui. hic  
non phibet appetitus. qui ex corrupti  
one fomitis vel a sensualitatis delecta  
tione orit. qz impossibile est q ille scu  
piscentie nō sint in nobis. sed phibet  
appetitus qui est ex consensu rationis.  
Quamuis ad ista duo determinet tan  
tum. tamen dī ibi phiberi vniuersali  
ter oīs cupiscentia male voluntatis.  
Et hęc breuiter de decem pceptis di  
cta sunt. **E**tem quedaz pctā nu  
merant ab apostolo ad romanos pri  
mo. s. ydolatria vitium contra naturā  
iniquitas. malicia. fornicatō. auaricia.  
nequitia. inuidia. homicidium. pten

tio. dolus. malignitas. susurratio. 7  
tractio. contumelia. superbia. elatio.  
inuentio malorum. inobedientia. im  
sipientia. 7 incompotio. quibus ad  
iungit illos qui sunt sine affectiōe ab  
q; federe 7 sine misericordia **P**ost hęc  
omnia subiūgit apostolus q qui talia  
faciunt. digni sunt morte scilicet eter  
na. Item ad galathas quinto de quib  
busdam facinoribz sic ait. **M**anifesta  
autem sunt opera carnis. que sunt for  
nicatio. immūdia. luxuria. auaricia  
quod est ydolorum seruitus veneficia  
inimicitie. contentiones. emulatiōes  
ire. rixe. dissensionēs. secte. inuidie.  
homicidia. ebrietas. comessationes.  
7 his similia. que predico vobis sicut  
predixi quia qui talia agunt regnū dei  
non consequentur. **E**x quibz dictis ap  
postoli colligere possumus pmissa pec  
cata esse mortalia. quia dicit agentes  
huiusmodi scelera dignos morte eter  
na. nec posse tales consequi regnū  
dei. **E**t pro intelligentia horum vicio  
rum. norandum q malicia est quando  
aliquis damū molitur alicui **N**eque  
ria est temeritas. quando quis audet  
quod nequit. **N**el sic Nequitia est in  
tempātia sui. **S**usurratores sunt. qui  
inter amicos discordias seminant.  
**I**nventores malorum sunt. qui nouū  
genus cuiuscunq; mali inueniunt ver  
bo vel facto **I**nsipientes sunt non dis  
cernentes inter bonum 7 malum. **I**n  
popti habitu 7 incessu quia incoꝝ  
ficio corporis indicat qualitates menti  
tis. **S**ine affectiōe id est sine dilecti  
one proximi. absq; federe id est sine  
societate 7 pace. sine omni misericor  
dia quia non compatiuntur miseris.  
**I**mmūdia est que nō est extra naturā  
**I**mpudicitia est nō pudice viuere **P**  
xe sunt qñ ex ira se aliqui ad inuicem  
pcuriūt **D**issentiones sūt qñ aliq; pcep

dissentientes faciunt in ecclesia. Secte que grece dicuntur hereses. Ebrietates assidue. comestiones superflue veneficia sunt incantationes. Cetera vero vitia per apostolum superius premissa superius sunt exposita quoniam de mortalibus peccatis et eorum de filiabus est tractatum. Beatus etiam augustinus plurima peccata mortalia enumerat cum dicit. Mortalia sunt homicidium. sacrilegium. adulterium. fornicatio falsum testimonium. rapina. furtum. superbia. invidia. auaricia. et si longo tempore teneatur iracundia. et ebrietas si assidue sit puratur in eorum numero. quicumque aliquis de istis peccatis in se dominari permiserit nisi digne peniteat in eterno igne cruciabitur. lxx aug. Sic patet de peccatis mortalibus.

**Capitulum XXII.****De venialibus peccatis**

De peccatis sciendum est quod sunt diuersa. et longum esset omnia replicare. De quibus beatus augustinus mentionem facit. que memorans ac dicens. Quae autem sunt minuta peccata licet omnibus nota sint. tamen quod longum est ut omnia replicentur. opus est ut ex eis aliqua nominemus. Quotiens aliquis in cibo et potu plus accipit quam necesse est. ad minuta peccata nouerit pertinere. Quotiens plus loquitur quam expedit. quotiens pauperem impertinenter petentem exasperat. quotiens cum sit corpore sanus aliquid ieiunantibus imperanter uoluerit. aut somno tardius ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto filiorum desiderio uxorem suam cognouerit. quotiens in carcere positum tardius requisierit. infirmos tardius uisitaauerit. si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus autem proximum aut uxorem aut filium aut seruum exasperauerit quam oportet. si amplius fuerit blanditus quam oportet. si

cuiuscumque maiori persone ex uoluntate aut necessitate adulari uoluerit. si se aut in ecclesia. aut extra ecclesiam fabulis ociosis de quibus in die iudicii ratio reddenda est occupauerit. si dum iocantes incaute iurauerimus. et tamen hoc per aliquam necessitatem implere non potuerimus. utriusque iurauerimus. et cum omni facilitate maledicimus. lxx augustinus. In quibus iam memoratis peccatis minutis siue venialibus possumus colligere etiam omnia alia similia esse peccata venialia. quia longum esset singula talia explicare.

Et notandum quod omnis culpa separata a deo. Nec autem separatio perfecte quidem fit per peccatum mortale. Imperfecte uero per peccatum veniale. Per peccatum enim mortale omnis mens auertitur a deo per peccatum autem veniale retardatur affectus hominis ne ita prompte feratur in deum. sed utrumque peccatum per penitentiam deletur. Et si cur mortale peccatum remitti non potest. quod diu uoluntas peccato inhaeret. ita etiam nec peccatum veniale. sed ad remissionem peccati mortalis perfectior exigitur penitentia. ad peccatum autem veniale requiritur actualis quedam displicentia. Et sciendum quod homo in genera constitutus potest vitare omnia peccata mortalia. et singula peccata venialia. sed non omnia. Unde penitentia de peccatis mortalibus requiritur ut homo proponat abstinere ab omnibus et singulis mortalibus peccatis. Sed ad penitentiam venialium peccatorum requiritur quod homo proponat abstinere a singulis. non tamen ab omnibus. Ista tangit beatus thomas de aquino sic dicens. Notandum quod culpa separata a deo. sed haec separatio perfecte quidem fit per peccatum mortale. imperfecte autem per peccatum veniale. Nam per peccatum mortale mens omnino a deo auertitur. utpote contra caritatem agens. Per peccatum autem veniale retardatur affectus hominis. ne ita prompte

in deum feratur. Et ideo utrumque peccatum per penitentiam quidem remittitur. quod per utrumque deordinatam voluntas hominis. per immoderatam perversionem ad bonum creatum. Sicut enim peccatum mortale remitti non potest. quod dum voluntas peccato adheret ita etiam nec peccatum veniale. quod manente causa manet et effectus. Exigit autem ad remissionem peccati mortalis perfectio penitentia. scilicet ut mortale commissum detestetur quantum in ipso est. ut scilicet diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia ut singula detestetur sed hoc non ad remissionem venialium requiritur. tamen actualis quedam displicentia. pura cum aliquis hoc modo in deum fert secundum affectum et res divinas et quicquid sibi occurreret. quod eum ab hoc motu retardaret displiceret ei. et toleret se hoc commississe. etiam si actu de illo non cogitaret quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis. nisi quantum ad peccata oblita possit diligentem inquisitionem. quod de quolibet peccato mortali tenet homo specialiter conteri. unde debet homo recogitare ad inveniendum peccatum commissum. Si peccatum omnino a memoria exciderit. tunc ex impotentia faciendi excusatur a debito. et sufficit generalis contritio de omni eo. in quo deus offendit. Sed quando impotentia tollitur. sicut cum ad memoriam peccatum revocatur. tunc tenet specialiter conteri homo. Etiam sciendum quod homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia et singula. potest etiam vitare singula peccata venialia sed non omnia. Et ideo penitentia de peccatis mortalibus requiritur quod homo proponat abstinere ab omnibus et singulis peccatis mortalibus. sed ad penitentiam venialium peccatorum requiritur quod proponat abstinere a singulis. non

tamen ab omnibus. quod infirmitas huius vite hoc non patitur. Debet tamen habere propositum se preparandi ad venialia peccata immunda. alioquin esset ei periculum deficiendi. cum desereret appetitum proficendi seu tollendi impedimenta specialia perfectus. quod sunt venialia. hoc thomas. De remissione etiam venialium peccatorum sciendum. quod omnia venialia peccata tolluntur per diversa remedia videlicet per eucharistie dignam sumptionem. per extremam unctionem. et per generalem confessionem. perunctionem peccatorum. per dominicam orationem. per episcopales benedictionem. per aque benedictionem. per confessionem. Per hoc igitur remittuntur venialia peccata. non tamen semper remittuntur totaliter quantum ad penam. quod si sic non qui esset omnino immunis a peccato mortali a seipso aqua benedicta statim appellaret sed reatus pene remittitur. secundum motum fervoris in deum. qui per predicationem excitatur secundum magis et minus. De hoc per thomam de aquino sic dicitur. Notandum quod triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum. Uno modo in quantum in eis infunditur gratia. per infusionem gratie tolluntur venialia peccata. et hoc modo per eucharistiam et extremam unctionem. et minor salubriter per omnia sacramenta nove legis. in quibus perfertur gratia. peccata venialia remittuntur. Secundo in quantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. et hoc modo confessio generalis unctio peccatorum. et oratio dominica operantur ad remissionem venialium peccatorum. Tercio modo in quantum sunt cum motu reverentiae ad deum et ad res divinas et hoc modo benedictio episcopalis. et asperctio aque benedictae operantur ad remissionem venialium peccatorum. Et quidem per predicta tolluntur venialia peccata quantum ad culpam. non tamen virtute illius sacrificatiois non tamen sed

etiam virtute caritatis citius motus p  
 predicta excita. Non aut per qdlibet  
 predictoy sp tollit reatus pene. qz sic  
 qui esset oino immunis a pcto mortat  
 li aspersus aqua benedicta statim auo  
 larer. S3 reatus pene remittit per pze  
 dicta fm morum feruoris in deū. qui  
 per predicta excita qnqz magis qnqz  
 minus. hec thomas **N**otandū  
 etiaz q peccatū cum per pnam citius  
 non tergif. aut peccatū est. aut cā pec  
 cari. aut peccatū aut pena peccati. nam  
 ex vno vitio subsequens culpa oritur.  
 qz ipsum suo pondere mox in aliū tra  
 hit. ex quo creata mēs ducit vt peius  
 ex alio liget. Et cum pctm ex peccato  
 orit iam non pctm tm modo. sed pecca  
 tum est et pena peccati. qz iusto iudicio  
 omnipotens deus cor pctōis obnubi  
 lat. vt precedentis peccati merito etiā  
 in aliud cadat. nam plerūqz vnu idēqz  
 pctm et peccatū est et pena peccati. Qd  
 sic offendi pē ventris namqz ingluui  
 es in feruorē luxurie plenitudine car  
 nis instigat. perperata aut luxuria se  
 pe aut periurio aut homicidio tegitur.  
 ne p huiusmodi peccato pumiat. Ista  
 p memorat beatus greg. xv. mora. sic  
 dicens. Omne quippe peccatū qd cur  
 citius penitendo non tergif aut pecca  
 tum est aut cā peccati. aut peccatum et  
 pena peccati. Pctm namqz qd penitē  
 tia nō diluit. ipso suo pondere mox in  
 aliud trahit. Unde fit vt non soluz sit  
 peccatū. sed etiam peccatū et causa pec  
 cari. Ex illo quippe vitio culpa subse  
 quens orit ex quo cecata mens ducit  
 vt peius ex alio liget. Sed cum pecca  
 tum ex pctō oritur. non iam pctm tan  
 tummodo sed est et pena peccati. qz iusto  
 iudicio omnipotens deus cor pctōis  
 obnubilat. vt precedentis peccati me  
 rito etiam in aliud cadat. Quē enim  
 liberare nolet. deserendo pcutit. Nō

ergo immerito pena peccati dē q iuste  
 de sup irrogata cecitate ex precedētis  
 peccati vltōne ppetrat. qd videlz agi  
 tur dispositōe supius ordinata. sed in  
 ferius in iniquitate p̄fusa. vt et pcedēs  
 culpa sit causa subsequētis. et rursum  
 culpa subsequens sit pena pcedētis.  
 Unde et de infidelibz et subzicis sc̄tis  
 paulus dicit. Qui cū cognouissent de  
 um non sicut deū glorificauerunt. aut  
 gratias egerunt. Et paulo post. p̄ter  
 qd tradidit illos deus in reprobu sen  
 sum. in desideria cordis eoz. in immū  
 dicias. vt stultit̄s afficiant corpora  
 sua in semetipsis. Quia em̄ recognos  
 centes deum pctm supbie p̄miserunt.  
 cecant etiam ne intelligant qd p̄mit  
 tunt. et qui intelligentiā sequi nolunt  
 in pctō et causa peccati sunt. et ipsuz lu  
 men intelligentie pdant in pctō et pe  
 na peccati. Prioris ergo peccati meri  
 to pctōrum sequentiū fouea tegif. vt  
 qui malum sciens ppetrat deinceps iu  
 ste in alijs etiam nesciens cadat. Hoc  
 quippe agit vt culpis culpe feriantur.  
 quatenus supplicia fiant peccantiū ip  
 sa incrementa vitioy. Nam qz om̄ipo  
 tens deus ad pnam tempus indulget  
 qd humana malicia ad vsum sue iniq  
 tatis retorquet. nimirū iusto dei iudicō  
 augeri culpa p̄mittit vt ad feriendum  
 artius qnqz cumulet. Hinc enim etiā  
 de quibusdā Paulus dicit. Peruenit  
 ira sup illos vt impleant pctā sua sem  
 per. Hinc voce angelica Johanni dē.  
 Qui nocet noceat adhuc. et qui in soz  
 dibz est sordescat adhuc. Hinc david  
 dicit. Appone iniquitatē sup iniquita  
 tem eoz. et non intrent in iusticiam tu  
 am. Cor quippe dñs duz prioribz me  
 ritis aggravatū iuste p̄mittit etiā sub  
 sequentiū malignoy spūm p̄suasio  
 nibz falli. quia cū digne in culpa tra  
 hitur. reatus eius in pena cumlatur.  
 s. i.

habent iam quidez vnde fieri mereantur sed sustinet tñ adhuc peccatū crescere vt peccantes possit atrocius pena cruciare. iam meret suppliciu pena causa pcti expectat adhuc. vt augmenta supplicij subroget pctm̄ causa pcti. Plerūq̄ vero vnū idemq̄ peccatum & pctm̄ est & pena peccati & cā peccati. qđ melius ostendimus si res ipas in mediū deducamus. Effrenata quippe ventris ingluuies in furorem luxurie plemitudinem carnis instigat. p̄perua aut luxuria sepe aut p̄urio aut homicidio regit. ne humanar legū vltione puniatur. hęc grego. Unde necesse est. si qđ lapsus fuerit in aliqđ pctm̄ graueor p̄ p̄m̄am quanto citius poterit ab hoc vitio resurgere studeat. ne in grauiora peccata p̄pter tale facinus eum cade re contingat

**De duodecim abusioibz.**

**Ca. XXIII.**

**Scienduz quod**

fm̄ beatū ciprianū duodecim sunt abusiones seculi & sunt lx videlicet. Sapiens sine bonis opibz. senex sine religione. adulescens sine obia. diues sine elemosina. femina sine pudicitia. dñs sine virtute. cristianus p̄rentiosus. paup̄ sup̄b. rex iniquus. ep̄s negligēs. plebs sine disciplina. populus sine lege. Quibz. xij. abusioibz seculi suffocant disciplina & iusticia. hęc ciprianus. Et qđ p̄ns tractatus maxime requirit & tractat de statu religiosoz & claustralū. Ideo notandū qđ etiam sunt duodecim abusiones claustralū. quibz tota religionis summa corumpit Et sunt iste videlicet. Prelatus negligens. Discipulus inobediēs. Iuuenis ociosus. Senex obstinatus. Monachus curialis. Monachus caudicus. Habitus preciosus. Cibus

exquisitis Rumor in claustro. Lis in capitulo Dissolutio in choro Irreuerentia circa altare. Immozemur ergo in singulis & de singulis pauca disseramus. **S**unt quidā qui sciunt & p̄nt & volunt p̄esse. quidā qui sciunt & p̄nt & nolunt p̄esse. quidā qui nec sciunt nec p̄nt nec volūt. sed & sunt quidā qui nec sciūt nec p̄nt sed volūt. Scire vero & posse & velle est sup̄bie vel caritatis. Scire & posse & nolle est humilitatis vel inertie. Nec scire nec posse & velle ē cupiditatis & stulticie. Nec scire nec posse nec velle est discretiois & prouidentie. Qui em̄ sciunt & possunt & volunt p̄esse si velint p̄desse caritatis est. alioquin superbie. Qui vero sciunt & possunt sed nolunt hūilitatis est qđ rennuit. inertie do cū sciunt si omnino desistūt. Qui aut̄ nec sciūt nec possunt sed volūt cupiditatis esse videt̄ qđ volūt esse stulticie si velint qđ nec sciunt nec p̄nt. illi si quidē qui nec sciunt nec p̄nt nec volūt prudēter agūt. summa em̄ discretio est nolle qđ nō potest. **S**ciendū aut̄ qđ oues pastores sequunt̄ ad vitam si diligens. ad mortem si negligens p̄cedat. debet em̄ p̄cedere vita & doctrina. vt qđ docet verbis factis impleat. Tenere etiam debet vnitates cū grege qđ fit qñ nō diuidit̄ a subiectis p̄ preciosiorem habitum. vel p̄ delicatiorē cibū dū sit vnus p̄ passionem. cum infirmis. p̄ dispensationem. cū delicatis vt cū aplo dicere possit. oibz omnia factus suz. pastore vero negligens fugit. Sunt em̄ quidā prelari. qui onera importabilia imponūt subditis & ea digito mouere nolūt fugiunt quod precipiunt. fugiunt etiam remoti a p̄uentu sub ocio viuunt. qui praua agunt. & reprehendi nolūt. qui male viuūt & subiectos bene viuere cogunt errantes reuocant sed fortes cogunt

cidunt. reuocant verbis. sed occidunt operibus que operant ipsi que alij licite non purant. subiectos cogunt et ipsi a nemine cogi volunt.

Capitulum XXIII.

DE discipulo ino-

bediente. Inobedientie morbus ex supbie tumore pcedit. sicut famies ex vulnere. Hoc morbo primus homo languit qui bestis terre prepositus fuit. per inobedientie culpa suppositus etiam cum muscis et culicibus per poteros seruit. Hoc autem tribus modis mereri solet. emplastro. s. unguento et ferro. i. exemplo boni operis. verbo et motionis. disciplina correctionis. assuit autem inobedientia nomen obedientie precepto. facto et loco. Leue enim est preceptum sed labor implere. Locus vero quibus placet. aliquando displicet. Placet qui busdam. non quod abundat fratribus sed pijs. placet quod famulis abundat et famulis. et sic fit ut vocet obedientia cum non fit. Hanc multi desiderant ut extra obedientiam esse queant. Multis enim modis hec obedientia queri solet parentum exactio seu fratrum seductoria exhortatio. vel etiam boni operis simulatione. Est et alia species inobedientie que tamen obedientia vocatur. de qua dicitur quia obedisti voci uxoris tue plus quam mee. sed de obedientia vera per psalmum dicitur. Audiam quid dixerit dominus deus meus. Nunquid dyabolus caro aut mundus. vox uxoris. vox carnis scilicet voluptas. vox mundi vanitas. vox dyaboli iniquitas. vox dei bonitas. Est autem vox creatoris ad subiectos de prelati dicens. Que dicunt facite. que autem faciunt nolite facere. ubi etiam male operantibus obedire iussit. ut sic ingrediatis et egrediamini cum dauid. cum saule et eundem honorem sicut reprobum cum samuele. nec bo-

nis tamen obediatis in malum. nec pueris predicatis in bonum.

Capitulum XXV.

DE iuvene ocio-

so. Ocium stulticia. labor scientiam generat. Labor hominis interior labor scientie. labor exterior exercitium operationis. Scie labor in tria diuiditur. in puericia labor discipline. in iuuentute exercitium. in senio doctrine. ut scilicet ille qui nescit. in puericia discat que didicit in iuuentute ad usum ducat. que ad usum duxerit in senio doceat. Sed cum homo interior iam cet in lectulo voluptatis dum somno torpescit inertie et somnis deludat curiositatis. vocat et exhortat exteriorem hominem ut inclinaret aurem rumoribus. loquatur vana. induat mollibus. mane comedat. cantus galli cene terminet lectionem. euntibus dormitibus surgentibus ad vigilias obuiant fratres. vigilantibus illis dormiant. redeuntibus a vigilis surgant. Sed melius forsitan esset si nihil dicerent quam si subtractis syllabis aut dictionibus ossitando psalmos decantarent. Labor etiam interior homo et exterior ne dicat eis. Quid statis hic tota die ocioosi. Audiant tamen prelati cum ocio. nemo inquit nos condurit. Non episcopi. non presbiteri populum. non abbates non priores puentum. Ad hunc laborem diuersi veniunt et diuersis temporibus. mane pueri. meridie iuvenes. vespere senes. sola tamen iuuentus pondus portat diei et estus. portat materialiter pondus laboris et estus solis. Moraliter pondus carne fragilitatis et estum libidinis. Labore igitur manuum annihilat pondus temptationum. Iuuenis autem in ocio est quasi iumentum sine iugo. qui dum non tenet obsequio vinculo. quasi bos lasciuens discurret per desideria proprie voluntatis.

## Liber. II. Dist. I.

Ca. XXVI. **Q**

### DE fene obstina

ro Inter abusiones sola maior est senis obstinatio. qui morri primus mortis aduentum non abhorret. qui quasi ad ostium mundi huius positus foras spectat. nec tamen vite pennis egressus nec ingressum future consideret. audit nuncios mortis. et credere non vult eis. Casus mortem nunciat latentem. infirmitas apparentem. Sed forsitan funiculus triplex quo ligatur senex difficile rumpitur. dum enim a pueritia in mentem semis per cogitationem semitam fecerit voluptas. in sermone vanitas. in opere peruersitas. quid aliud agit nisi quod in consuetudine quasi in fune. hoc tria torquent. Est autem laqueus in fune. dulcedo temporalis in consuetudine. circumdatio funis. impedimenta sunt carnis. dulcedine igitur decipimur. consuetudine ligamur.

Ca. XXVII. **Q**

### DE monacho curiali et caudico

Cum autem monachus dicitur curialis ex adiuncto designat aliquid leuitatis. ordo claustrum et ordo curie diuersus. ibi sedes in insidijs cum diuitibus in occultis. hic audis non sedi cum consilio vanitatis et ibi dextera tua repleta est muneribus. hic lasuas inter innocentes manus tuas. ibi pauperum res violenter auferunt. ibi a pauperibus sponte offerunt. Ibi laudatur peccator in desiderijs anime sue. Ibi autem benedicitur iusto. Contingere enim quandoque solet ut monachi qui curias frequentant. causas audiant. iudicia perquirant. ament decreta consiliorum non secreta misteriorum. laudari appetunt. quod pro multis loquuntur sed monachi multum loquentes multis displicent. de incertis iudicant. testantur se

Ca. XXVI. XXVII.

pissime quod ignorant. Sidero res ad effectum peruenire non valeat monachus caudicus iter parat ut quod alibi fieri non potuit. tunc fiat. Pro principibus ergo seculi alpe frigus ytalie calores libenter patitur qui per magistrum spirituali multo leuioza inuitus forsitan patere. Oneratus cartulis auctoritatis fulsus reuertitur ponit dies carum personas inducit. que parate sunt iurare quod est. et fidelis iterum iuret quod non est. Quid ergo dicam nonne magis amas monachus caudicus esse te simul discumbentibus cum herode. quam in vinculis et carcere teneri cum iohanne.

Ca. XXVIII. **Q**

### DE vestitu superbo

bo monachorum ait apostolus. Non veste preciosa que mollicie preciosorem vestem negat pura sine monacho preciosorem habitum dedit. plus amat terrenus sponsus sponse castitatem quam preciosam vestem. plus simplicitatem quam rotum crinem. Sic immortalis sponsus castus plus amat interiores habitum quam exteriorum. molles molliam querunt. elati preciosa. delicata preciosa. Exterior enim superfluitas animi nunciat vanitatem quod ut dicit beatus bernardus. Nemo preciosas vestes nisi ad inane gloriam querit. Unde peccatum est querere preciosum vestitum dicente beato gregorio. Nullus estimet in fluxu preciosarum vestium peccatum deesse. quod si hoc peccatum non esset nullo modo dominus Johannem de vestimentis speritate laudaret. non enim vestis sed puritas mentis ornatum facit monachum vel clericum. Unde beatus ieronimus. Non tenera vestis. sed mundicia mentis ornatum facit clericum. Ipse namque celestis sponsus ebulliens cum respexit animam virtutibus adornata

ram eius de corem concupiscit et in am  
 pteruz illius volat. Unde et petrus da  
 miani. Inuisibile quippe sponsum in  
 uisibilis oblectat ornatus. et cum sciam  
 animam aspicit emitere virtutibus in eius  
 illic volat amplexus. cui dicit. **Pul**  
 cra es anima mea. suavis et decora sicut  
 iherusalem. Sicut iherusalem ait. non fi  
 cur babilon. Babilon sane dyabolus.  
 iherusalem inhabitat christus. Ille luxurian  
 tis amictus vanitate reficit. hic aspe  
 ris et humilibus si cordis non desit hu  
 militas non delectat. **hec petrus.** **Un**  
 notandum quod non solum in veste preciosa.  
 sed etiam in uili amictu potest esse iactan  
 tia. Teste beato augustino. Non solum  
 in rerum corporearum nitore atque pompa.  
 sed etiam in ipsis sordibus esse posse ia  
 crantiam. et eo periculosiore quo sub no  
 mine seruitutis decipit. **Et philoso**  
**phus dicit quod et superabundantia et dese**  
**crus inordinatus ad iactantiam perti**  
**ner.** Unde de beato augustino legitur quod  
 vestes nec nimis preciosas nec nimis  
 uiles habere volebat. quod in utroque ho  
 mines sua querunt. **Si autem hoc aliquis**  
**in humilitate facit propter maceratorem**  
**carnis vel humiliatorem spiritus ad virtu**  
**tem temperantie pertinet. sed medium**  
**teneri in homini magis est salubre.** **Un**  
**dicit beatus hieronimus.** **Nec affectate sordes**  
**nec exquisite mundicie conueniunt christia**  
**no.** **Et ideo vestimentum tale nobis eli**  
**gendum est quo possit nuditas operiri. et**  
**vis frigoris atque omne quod extrinse**  
**cus ledit arceri. ut in die honestus ap**  
**pareat. et in nocte necessitatem expleat.**

**Capitulum XXIX.**  
**De cibo exquisi**  
 to. Cum autem legas deliquisse  
 ionathan in gustu mellis. esau in edu  
 lio lentis. sodomitas in saturitate pa  
 nis. putasne esse sine periculo tot car

nis ferculis. tot piscium generibus. tot  
 fructuarum diuersitatibus delectari. non  
 ne sic differt pallacium a refectorio si  
 cur egiptus a deserto. **Si ergo in deser**  
**to sumus. mirandum non est si ollas car**  
**num semper habent. adhuc inquit esce**  
**in ore ipsorum et occidit pingues eorum**  
**Occidit enim pingues quorum deus de**  
**ter est. qui nutriebant inquit in croce**  
**is amplexari sunt stercoza. Crocus in**  
**oriente nascitur. colorat et saporat. In**  
**croceis ergo nutriunt qui in initio con**  
**uersionis interius sapore virtutum re**  
**ficiunt. exterius vero boni operis ex**  
**emplo conantur.** **Sed hi amplexant ster**  
**coza. dum post sobrietatis et abstinens**  
**rievitam reuocat eos ventris cura. Et**  
**fit quandoque ut qui in sua domo ante con**  
**uersionem sobrie vixerant. postmodum**  
**in monasterio gulosi fiant. placat eos**  
**rum venter deus diuersorum hostium**  
**ferculorum. inclinatur autem rumoribus**  
**excitat saporum generibus. demulcet con**  
**fabulatione. non oratione sed ocio gau**  
**det. somnolentia delectat. Per simili**  
**tudinem ergo deus venter assimilatur dum**  
**ei tota deuotione per omnia seruitur**

**Ca. XXX.**  
**De rumoribus i**  
 claustris afluencia ciborum excita  
 ri solet. inundatio verborum saturitatem  
 ventris sequitur leuitas operis et vanitas  
 mentis. **Sedit populus manducare et**  
**bibere et surrexerunt ludere. Ludere in**  
**quit. non legere. Sunt enim quidam**  
**post delicati cibi diuersa ferula qui cum**  
**in claustris sedeant non lectioni et filen**  
**rio. sed rumoribus et curiositati vacant. qui**  
**locum et tempus nusquam et nunquam seruant.**  
**sed instabiles et ociosi. nunc hos. nunc**  
**illos ad colloquium vocant. Pone in**  
**quit psalmista custodiam et ostium cir**  
**cumstantie labijs meis. Ostium dixit**  
 s. iij.

non murum sed hostium ponit qd̄ tem  
pore et loco claudis et aperis. Est tempus  
et locus tacendi et loquendi. apud itaq̄  
hostium in claustris hora constituta les  
ctio in capitulo. confessioni in ecclesia  
orōni in oratorio. claudis iteq̄ in clau  
stro confessioni. **D**i aut̄ rumores des  
trent esse claustralium. ad quos non p̄  
tinent bella principū seculariū. s; pug  
ne temptationū. delectare ḡ karissime  
his rumoribus non exterioribus. gaudēt  
em̄ multi claustraliū dū de regibus fabu  
lant. dū casus militū narrant. dū p̄ il  
lis loquunt̄. a quibus ipsi nō agnoscunt̄  
tur. multorum partes defendunt. pro  
multis irascunt̄. pro multis litigant.  
ignorant tamen quod negant et affir  
mant. **S**i aut̄ de regibus sermo ē. docet  
lectio claustris certamina regū et casus  
euentus bellicorū. quō moriebatur saul. et  
quis eius mortē nūciauit dauid **A**udi  
re forsitan velles rumores pacis. non  
belli. concordie. non discordie. **R**egina  
saba nouit rumores huiusmodi que audita  
sapientia salomonis a finibus terre ve  
nit. **Ca. XXXI. S**

### **D**e lite in capitulo

**I**nfirmi tati mortalium oīpo  
tens deus pater benigne puidēs. in ec  
clesiis instruit tria. s. medicos. loca.  
et remedia. medici sunt plari. loca cap  
itula. modi p̄mē remedia. **A**ttende  
igif in samaritano prelaturum in stabu  
lo capitulum in infusione vini et olei.  
fomentum solationis. et asperitatem  
correctionis. hec est piscina punctio  
nis. in qua sanatus est infirmus post  
promotionem confessionis. nec tñ san  
abit nisi vnus. nisi em̄ sit vnitas de  
sanitas. qui ḡ amant litem destruunt  
sanitatem. **I**ntolerabilis igif est hec  
abusio. vt ibi litiges. vbi te accusare  
debes. vt ibi auget culpa. vbi delecti p̄

vt ibi premisses xpi vicariū. premisses  
christum. **S**ed forsitan d̄r aliquis reli  
giosorū. possum pati magistrum. sed  
cum negligentiam prelatorum confide  
ro obedire premissis. cum video fratres  
meipso deteriores. accusationes ipso  
pati nolo. **C**um dicis fratres teipso  
deteriores deterior factus es quare cō  
temnis magistrum an nescis xpm col  
ram pilato indicatum. tulit crucem p̄  
peccatis tuis. non pro suis. et tu virga  
rennis flagellari. ille non erubuit col  
ram populo flagellari et tu indignaris  
spoliari coram magistro. accusat̄ et ra  
cet accusaris et litigas. si in hoc p̄sere  
res. in deū peccas. igif in loco remis  
sionis inducis litem contradictionis  
hic est locus pre ceteris diabolo odio  
sus. hic amittit quos alibi acquisiuit.  
hic est ei locus spūs sancto secreta  
officina spiritus sancti. in qua filii dei  
congregant̄. vt ei reconciliant̄. **N**oli  
esse frater sicut sathan inter filios dei  
**S**athan est. qui magistro pre dicit  
fratribus aduersat̄. **N**oli queso esse in  
capitulo sicut sathan et sicut adam in  
paradiso. an nescis sathan expulsam  
a capitulo celi **A**dam a capitulo para  
disi **J**udam a capitulo xpi. **I**n primo  
culpa superbie **I**n secundo inobedien  
tie. **I**n tercio auaricie. **L**ucifer non ar  
tendens dignitatē creatoris casurus.  
quesiuit sedem elationis. **S**ic quidā  
claustralium dum generis nobilitate  
preminent. dum literarū scientia pre  
valent. dum propria virtute ad laborandū  
prevalent. dū vocis modulatione pla  
cent. dum in qualibet facultate artius  
ceteros fratres precellunt. elationis se  
dem petunt **E**t qui ex dono tanti mun  
ris humiliores esse deberent. contra te  
biliores et illiteratos superbi tumet

**D**E dissolutōe in

chozo. In ecclesia cum ad o-  
pus qd̄ inuentū fuerit accedit. humili-  
tatis honestas diligentius obseruet  
ne qui in ecclesia ante spectum dei ve-  
nimus ibidē deteriores simus. Sunt  
enī quidā qui mente vagi. attoniti o-  
culi. hitu dissoluti. plana parietū. p̄spici-  
entes plustrant. aliud cantant. aliud co-  
gitant. in chozo sunt corpe. sed in foro  
mente. Sunt etiam alij voce dissoluti  
qui vocis sue dono glorian̄. nec tantū  
gaudent de dono gratie sed alios sper-  
nunt rumentes elatione. aliter cantāt  
q̄ libri habeant. fortassis vt placeant  
populo magis q̄ deo. qui sic cantāt nō  
cantant in chozo cū maria sorore moy-  
si. sed in palacio cū herodiade vt pla-  
ceant herodi & simul discubentibus. de-  
lectant enim altitudine vocis. Nemo  
tñ alius cantat eo quē dominus audi-  
re p̄stulit de monte sancto suo. nemo  
dulcius q̄ cui inclināt aurem suā dñs  
Vocē mea inquit ad dñm clamavi. &  
exaudiuit me de monte sc̄to suo. Estō  
igif in valle humilitatis. vt in monte  
sancto audiri merearis. sed si sic can-  
tas vt ab alijs laudem queras. vocem  
tuā vendis & facis eam non tuā sed ali-  
enam. caue ne monasteriū veritas in the-  
atrū. habes in prāte tua vocem. habeto  
& aīam. frangis vocē frange & volunta-  
tem. seruas p̄sonantiā vocum. serua &  
p̄cordiam mox. vt per exemplū p̄cor-  
des primo. per voluntatē deo. per obe-  
dientiā magistro. hec est p̄cordia.

Capitulum XXXIII. U

**D**E irreuerentiā

circa altare. Ultimo de du-  
odecim abusiōibz clausū dicitur ac-  
cedo. qui me soluz inter ceteros in hac  
p̄te negligentiorē reperio. qui licet

ablutis manibz. lora facie. albis vesti-  
bus indutus accedā ad altare. tñ puer-  
sus ope. pollutus ore. immundus cor-  
de. xpi corpus nō p̄timeſco manibus  
tractare. accedo elarus ad humilē. ira-  
tus ad mirem. crudelis ad misericor-  
dem. sed tamen patif humilis elatum  
miris iratū. crudelē misericors. Acce-  
do seruus ad dñm non amore s̄ timo-  
re. non deuotōe sed vsu. accedo igif ad  
altare vanus curiosus vanitati subdi-  
tus Sunt etiā multi alij in seculo qui  
non tñ vani curiosi & voluptuosi. s̄ eri-  
am cum ambitōe non cum deuotōe ac-  
cedunt ad mensam xpi. qui etiam nō  
accederent. nisi se aliquid recepturos  
sparent. Accessit ad iesum petrus & in-  
das. accesserunt discipuli. accesserūt  
& milites crucifigētes. accedūt & quo-  
tidie ad corpus xpi religiosi. accedūt  
& peruersi sacerdotes. ex quibz multi  
terrenis inbiant. terrena sapiunt. non  
nulli assidui in plateis. in ecclesia ra-  
ri. tardi ad inuestigandū culpam pec-  
catoris. parati ad inquirenda vestigia  
leporis. velociores ad p̄gregandos ca-  
nes q̄ ad p̄uocandos pauperes. liben-  
tius p̄origunt panem cam q̄ pauperi  
plures seruiunt eis ad mēsam. ad mē-  
sam nullus. Hi sunt quoz thalamus  
ornatioz est q̄ eccia sua. mensa patioz  
altari. ciphus calice p̄ciosior. equus ca-  
rioz missali. cappa casula pulcrioz. ca-  
misia delicatioz alba. Ecce quō obscu-  
ratū est auz fuligine peccatoz. mutatū  
ē color optimus decoris & sanctitatis  
in seditates vitioz. lapides sanctuarij  
sunt dispersi in capite omnium plate-  
arum. qz dum per vitam mundā & ora-  
tionem intus in p̄templatione dei esse  
debuerant. per vitam reprobam foris  
passim vacant. Ecce iam pene nulla se-  
cularis vite actio quam sacerdotes cri-  
sti non admittent. nulla mundi nego-

cia. in quibus ministri altaris se non occupent. nulla rex improbitas. qua monachalis ordo se non implicet. pene nulla illecebris vite blandicies. qua se castitas sanctimonialium non commaculet. Sanctuarum igitur lapides dispersi sunt in plateis. cum religiosi quique laeta mundi itinera sectantur. et non solum in plateis. sed in capite omnium platearum dispersunt. quod et iacent per ministerium operis. et honorari volunt de ymagine sanctitatis. Igitur prelati subditos diligenter custodiant. subditi prelatibus obediant deuoti sint senes. laboriosi inuenes. sit honestas in habitu. mediocritas in victu. in claustris assidui. in curia rari. ut non sint curiales sed claustrales. sint intenti psalmis non causis in claustris non sit rumor sed lectio. in capitulo non lites sed professio sit. in choro serena simplicitas. circa altare reuerentie honestas. Ex his obseruantie mandatis pendet summa totius religionis et sic patet de. xij. abusionibus claustris.

**X** Sed et hoc sciendum quod sunt nonnulli fratres in sancta religione. qui valde promi sunt ad detrahendum. et ad iudicandum alios quod multum in religiosis reprehensibile et periculosum est. Detractio autem secundum quod dicit hugo. est locutio ex inuidia procedens. bona illorum denigrans. Unde ille detrahit. qui bona proximi. in quantum potest minuit. Sunt autem plurimi. qui propter hoc alios detrahunt ut ex vitupatione aliorum ipsi laudabiles appareant. quod prohibet beatus iheronimus. ita dicens. Nulli unquam omnino detrahas. ut vitupatione aliorum te laudabilem videri velis. hec iheronimus. Hoc igitur vitium valde est cavendum quod detrahens et libenter detractio nem audiens. ambo malignum spiritum in lingua portant. Teste beato bernardo. qui dicit. Detractor et liber auditor proter

que diabolus portat in lingua. Est etiam lingua detractoris. quasi vipera infectiva. et lancea acutissima tres penetrans ictu uno videlicet detrahentem audientem detractionem. et cui detrahitur. quod idem bernardus. sic ait. Numquid non vipera est lingua detractoris ferocissima. plane nimirum que tam letaliter inficiat statum non quid non lancea est lingua ista profecto acutissima. que tres penetrat ictu uno. hec bernardus. Tales vero vix detractores multum odit deus. putat apostolus ad romanos. dicit. Detractores vero odibiles et ideo ab unoquoque hoc vitium est valde detestandum. Et sicut non studio non debemus materiam dare alijs detrahendi. sic per malitiam contra nos excitatos debemus patienter sustinere. ut nobis meritum crescat. de hoc dicit beatus gregorius. Lingua detractorum sicut nostro studio non debemus excitare ne illi peccent. ita per suam malitiam excitatos deum? equanimiter tollerare ut nobis meritum crescat. profero namque derogatio vite nostre est approbatio. quod iam ostendit aliquid iuste nos habere. si displicere incipimus illis qui deo non placet. hec gregorius. **A** De iudicio quidem incauto proximorum sciendum quod dubia mala que dicuntur de proximis sunt in meliorem partem interpretanda. et nullus debet alium iudicando pretere sine rationabili causa. unde ubi non apparet manifesta signa de malicia alicuius. debemus eum ut bonum habere in meliorem partem quod dubium est interpretando unde dicit quidam glossa super illud apostoli. Qui non manducant non spernat et iudicet. Et hoc namque quod aliquis habeat opinionem de aliquo absque sufficiente causa iniuriam ei et contemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere vel nocentem a liquod inferre absque causa cogente. et ideo ubi non apparent manifesta indicia de malicia alicuius. debemus eum ut

bonum habere. in meliore preter inter  
 pterando quod dubium est. Et melius est  
 quod aliquis frequenter fallatur habens bo  
 nam opinionem de aliquo malo hominis.  
 quam rarius fallatur habens malam opinio  
 nem de aliquo bono. quia ex hoc fit iniu  
 ria alicui. non autem ex primo. Unde cau  
 uendum est ne quis sit aliene puerfatio  
 nis temerarius iudex. et etiam si quid  
 forte reprehendat in primo reprehensi  
 bile. non tamen statim iudicet sed prius  
 excuset. et si non potest excusare opus  
 excuset intentionem. Ad quod faciendum  
 hortatur beatus bernardus. sic dicens. Cane  
 aliene puerfationis esse aut curiosus ex  
 plorator. aut temerarius iudex. etiam  
 si peccatum actum sit quod reprehendas  
 nec sic iudices primum. magis autem  
 si peccatum intentionem si opus non potest.  
 excusa intentionem. puta surreptionem. pu  
 ta ignorantiam. puta surprisorem. pu  
 ta casum. quod si omnino dissimulationem  
 rei certitudo recuset. suade nihilomi  
 nus ipse tibi. et dicit apud te metip  
 sum. vel huiusmodi fuit nimis temeratus. quod  
 de me illa fecisset si in me similiter ac  
 cepisset potestatem. hinc bernardus. Si vero  
 aliqua suspitio de primo ex fragilitate  
 te nobis subreperit debemus illi resistere  
 et a diffinitiva sententia huiusmodi iudi  
 ciorum continere. Unde thomas de aquino  
 Si suspitio vitare non possumus quia  
 homines sumus. iudicia tamen firma sequi sen  
 tentias continere debemus. hinc ille.  
**B** Et notandum quod qui per semetipsum  
 reprehensibilis est non debet iudicare al  
 ios. quia per hoc magis seipsum pcedem  
 nat. Unde beatus ambrosius. Cum graue  
 sit de altero iudicare. ille de alterius o  
 re iudicet qui in seipso non habet quod con  
 demnet. ne dum de alio iudicat. in se  
 ipsum sententiam ferat. hinc ambrosius. Unde  
 unusquisque valde cautus debet sibi esse  
 in pferendo vel audiendo iudicium de  
 puerfatione proximorum. quia sunt nonnulli

li qui forte lesi sunt. vel offensi per ali  
 quos. Cum vero de eisdem fama non bona  
 exorta fuerit statim ad iudicandum ta  
 les qui eos offenderunt. psumunt et quod  
 se putant zelo caritatis agere. hoc non  
 nunquam faciunt zelo inuidie. et ideo pec  
 cant. Et sunt nonnulli qui quis non sint  
 offensi per aliquos. tamen cum audiunt ma  
 lam famam de aliquo statim se aasserunt  
 esse scandalifatos et quandam molestiam  
 atque displicentiam in corde contra primum  
 accipiunt proque caritas ledit. Et sunt  
 nonnulli qui cum aliqua mala de primis  
 audiunt. non solum indignantur illis. ve  
 rum etiam super eisdem in sua cogitatione  
 preponunt eo quod se existimant talia ma  
 la non admisisse. Unde necesse est ut in ta  
 libus cauti simus. et cum aliquid inconue  
 niens factum de primo audimus. non si  
 mus prius statim ad iudicandum. sed ma  
 gis ad ppatiendum. quia forte in silia vel  
 maiora aliquando lapsi sumus vel labi possu  
 mus si lapsi non fuimus. Et quis con  
 passio circa primos sit habenda. non  
 tamen vitia eorum propter hoc sunt nutrienda.  
 sed ex zelo caritatis siue iusticie. et non  
 ex zelo odij et inuidie sunt arguenda.  
 Unde cum aliquis publice peccat. ut in  
 publico corrigi vel corripit vel emenda  
 ri ut ceteri metum habeant. si autem occul  
 tum est peccatum. et ad noticiam alicuius  
 deuenerit. debet primum suum in secre  
 to monere ut ab hoc malo desistat. nec  
 statim eum pcedere ne sua fama ledatur  
 si autem noluerit se corrigere adhibe  
 at unum vel duos. et coram illis corri  
 piat. quem si nec sic correxerit. tunc  
 ptemnenda est eius fama. delicta illius  
 ut ac vitia sunt in publicum ppalanda et  
 per superiores corrigenda seu punienda.  
 De hoc sic dicit quedam glosa. Notan  
 dum quod peccata publica sunt in publico ar  
 guenda ut ceteri metum habeant. sed quan  
 do sunt secreta tunc debet fieri primo in

secreto. Debet igitur temptare si possit fratrem suum emendare absque detrimento sue fame. quod fama reputatur inter maiora bona hominis circa virtutes. et in deo corrigens fratrem debet quantum potest preseruare eius famam. Alia causa est quod amissa fama vel lesa. efficitur homo inuerecundus et persequens minus a peccato retrahitur. quam prius.

**E**st ergo debitus processus in correctione caritativa. ut homo corrigat fratrem suum inter se et ipsum solum. ut sic possit eum saluare cum omni integritate sue fame. si autem non audierit adhibeat unus vel duo. quod enim fama est minus bonum. quam sit bona vita. si non possit seruari vita bona fratris sine detrimento sue fame. tunc procedendum est ad salutem benevite cum aliqua lesione sue fame. et ideo adducendus est unus vel duo ad sciendum fratris delictum. ut coram eis arguatur. et si se non correxerit. tunc simpliciter stemnenda est eius fama. ut preseruet bona vita vel saltem ordo iusticie ad terrorem aliorum. et tunc testes sunt inducendi ad facti probationem. qui prius fuerant inducti ad fratris secretarum correctionem. hęc glo. Unde cum proximum audimus vel consideramus non curare. non debemus eum iudicare sed compassionem erga ipsum habere. et per illius correctionem deum exorare. et cum corripiendus est proximus aut emendandus pro suis excessibus. per suum superiorem hoc prelatum debet ex caritate et zelo ordinato facere. Sic igitur habemus de peccatis mortalibus et eorum circumstantiis ac alijs vitijs per dominum doctrinam expositam. que omnia a volentibus in statu religioso perficere sunt detestanda ac fugienda. quod ut dicitur est supra status perficientium consistit primo in peccatorum ac vitiorum detestatione. necesse est enim valde omnibus maxime tamen perficere volenti

bus. ut vitijs resistat ac peccata detestentur quod peccatum multa mala infert homini. De quo etiam dicit beatus augustinus. Peccatum est priuatio glorie. corruptio nature. obprobrium fame. elongatio dei. approximatatio diaboli. amissio regni. obligatio inferni. hęc augustinus. Et beatus bernardus. Qui peccato consenserint manebit in eis horror in exitu. dolor in transitu. pudor in conspectu magni dei. hęc bernardus. Et sicut virtutes faciunt hominem seruum dei. sic peccatum suum diaboli. Teste beato augustinus qui dicit. Omnis nimis peccator seruus est tot demoniorum. quorum fuerit vitiorum. hęc augustinus. Non solum autem fugiendum est peccatum. sed et preteritis facinorosis dimissis semper tolerandum. nam sunt nonnulli. qui non solum non volunt de peccatis aliquam pertrahere. verum etiam cum ad memoriam eadem reducunt. quandam lasciuam eruditionem de illis in mente concipiunt quod valde displicet deo. et multum abominabile est coram domino. Unde beatus augustinus. Nullum scelus eorum deo tam abominabile est. quam peccata preterita unicuique nostrum dimissa remiscendo. De eis gaudere et inde exultare. hęc augustinus. Unde unusquisque metus mortis ante mentis oculos habeat. ne in aliqua peccata ruat. quod secundum quod dicit beatus iheronimus. Audacter peccant. qui de morte non cogitant. Maxime etiam valet ad resistendum vitijs a peccatis timor gehenne et amor dei. Nam qui perfecte perpenitit eterna inferni supplicia. que perpetua sunt omnibus peccantibus et impii que agentibus. et eterna gaudia iustorum ac societatem supernorum ciuium. quam priuant omnes vitiose et nequiter uiuentes. vtiq; talis pertimescat praua agere et peccare. De quo prosper sic ait. Nulla res sic nos ab omni malo seruat immunes. sicut timor supplicij et amor dei. Ad penam que peccanti debet mens

anteq̄ peccet aspiciat. ⁊ nulla eum ad peccandū delectatio carnalis inclināt. Cogitare quale malū ab illo gaudio diuine premlationis excludi. beatissī ma oīm sanctorū societate priuari. mo ritate eterne ⁊ morti viuere sempiternē. p̄fundo gelenne fluctuanti immer gi. edacissimis vermibz in eternū dila tari. nec finiri. hec ⁊ similia cogitare nihil aliud est q̄ vitijs omnibz repudi are ⁊ oīa carnalia blādimēta refrenare. hec Prosper. Sic igit̄ p̄z primum in quo p̄fuit status p̄ficientiū. vicz in peccatorū ac vitiorū abstinentia ⁊ tere stratione.

Sequit̄ distinctio secunda secunde pris Valogranati. **V Filius.**

**D**istinquā infor matus sum de pctis capita libz siue mortalibz. ⁊ alijs diuersis vitijs ⁊ circumstantijs eoz a quibz primo debent abstinere p̄ficientē tes. Tunc de sc̄do videlicz de virtutū opatione qd̄ pertinet sc̄do loco ad p̄ficientes. ⁊ primo quid sit v̄tus de hoc cupio edoceri.

Ca. I. **Pater. D**

**Tire debes**

fili primo q̄ nequaq̄ in vita v̄tuosa poterit quis delectari q̄ diu fuerit in pctis ⁊ vitijs in

uolurus. Unde d̄r boe. Constat q̄ antiā peccatis obnoxia in nullo eoz que dei sunt. aut que ad beatā vitam prinent. poterit delectari. Et beatus augustin⁹. Mens non p̄t habere regnū virtutū. nisi ingum prius excusserit vitiorū. Nec etiam s̄m beatū greg. bonū meritorie agit. nisi prius malum deserat. Unde necesse est volenti in virtutibz p̄ficere vt abstrahat se a quibuslibet vitijs. sta

tim cum sentit se aliquo eoz interius pulsari vel exterius occupari. non solū a maioribz v̄t̄eriam lenioribz. i. ab oc ciosis verbis. a iocis. ab actionibz in fructuosis ⁊ maxime a cogitatōibus vanis ⁊ affectōibus vanis ⁊ vitiosis ⁊ carnalibz p̄cupiscentijs q̄ nec ad horā debemus in corde p̄mittere morari ne offendam⁹ deū ⁊ sc̄os āgelos p̄fites no biscū. ⁊ p̄sciaz sordam⁹. ⁊ bona q̄ p̄f semus cogitare ⁊ agere interim negli gimus. Sic abrahā quondaz iubente deo sacrificia offerens descendētes su per eayolucres ad lacerandū vel fedan dū sollicite abigebat. Et nos ne aliqū in p̄spectu dei appareamus vacui cū sa crificia ei offerimus bone voluntatis. bone actionis. bone locutionis. sacre meditatōis ⁊ pie affectōis volucres malay cogitatōnū ⁊ affectionū statim abigere debemus. ne ea nobis dissilan tibz aliquatenus nos maculent. ⁊ deo ingrata efficiant. ⁊ nobis inefficacia ad meritū ad vitam spūalem p̄ficiant. Qui ergo bonū hospite x̄pm non vult effugare de hospicio cordis sui. immi cos eius. i. vitia secū nō hospitet. Pz ergo qui libet p̄ficere volens p̄travitia se armare ⁊ viriliter resistere. ⁊ ad bo nū seu fructuosū opus qd̄ ex alterius ammonitōe vel ex diuina inspiratōne intelligit faciendū strennue se habere. multū em̄ p̄fectū negligimus tam me ritorū q̄ p̄remioz. eo q̄ sepius redeat nos bonis studijs insistere. ex horore habemus difficultatē. aut si voluntatē faciendi habemus qd̄ tunc etiā de tem pore in tps differimus ⁊ p̄crastinam⁹ et interim irrecupabiliter perdimus tempus ⁊ premiū quod lucrari potera mus. aut ita desidiose ⁊ indenote faci mus. q̄ nec deo est valde gratum. nec p̄scientie nostre meritorium vel conso latozium. imo. corrosiuum quod etiaz